Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Philosophia quadripertia. In univ. theologicam schol. prolegomena, III 2-4 - Cod. Ettenheim-Münster 144

Mugg, Bernh.

[S.l.], 1664

urn:nbn:de:bsz:31-118058

Visual Library

E.M.144

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

EM
144

Mon. D. Stanis.

1

In Vniuersam Theologiam Scholasticam.

PROËMIVM

Circa notationem nominis Theologiae.

Nota Veteres Graeci, ipseque Artes Theologos vocarunt eos qui in sublimib. ac diuinis rebus explicandis uersabantur, pluresque distinxerunt Theologias, de quibus M. Varro in suis libris de Antiq. et S. August. l. 6 Ciuit. Dei c. 5. At ubi Christus Dnus illuxit mundo Graeci P.P. eam praecipue nominauere Theologiam, quae l. sermone, l. scriptis ad doctrinam de Christi Diuinitate pertineret. Vnde licet alij Euangelistae Euangelium scripserint, vnus tamen Euangelista Joannes Theologus dictus est, qui aeternam uerbi generationem, in ipso statim Euangelij aditu personarit; Et Gregorius Nazianzenus Praesul, qui caeteris Graeciae Patribus sublimius tractauerit materiam eandem Theologi fuit nomen adeptus. Itaque Theologia si vocem ipsam graecam, rationem illius et rem cum attendas sermonem scientiamque designat, quae sacrarum litterarum l. diuinarum reuelationum nixa fundamentis, et Deum ipsum Verbum subiectumque propositum, ac quasi versandam materiam undique complexa ex fidei principijs colligit conclusiones in ipsis principijs implicatas. Fran. de Lugo in Theol. Scolast. Prologo.

Q. Quaenam sit nostra Antiquitas Theologiae?

R. Vis sapientia a Dno Deo est, nempe quae de Deo, nec passus est Dnus Ecclesiam suam ab exordio nascentis mundi ea diuinitatis notitia carere, quam sacram Theologiam appellamus. Sicut enim fides diuina cum primis parentibus orta est, sic non debemus putare defuisse aliquem in populo fidelium, qui fidei doctrinam aut solis traditionib. an litteras sacras acceptare, aut in scripturis praesertim exa-

G.B. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

ratam exponerent, suaderent, discurrendo propagarent, et quantum esset opus defenderent, communirent.

Theologia Scholastica

Pars prima principalis.

De

De Deo Im se, et Sm q Creator est spectato

TRACTATVS PRIMVS

De

Prolegomenis Theologicis sive

De

Ipsa Theologia.

Quaest. prima

Vtrum Theologia sit necessaria ad salutem aeternam?

Praenotatum Quaestioni huic ansam dedisse D. Thomam p. ij. q. j. a. j. ubi concludit necessariam esse aliquam doctrinam ad salutem sm revelationem divinam praeter Philosophicas disciplinas, quae rationem humanam investigantur, qui tametsi ibidem affirmative concludant, tamen inter Doctores relinquitur dubium quod S. Doctor velit per nomen Doctrinae; adeoque omissis aliorum DD. opinionibus placet praecaeteris opinio Scholiae h. a. j. D. 2. quae fere sequitur Vasq. in Commentario docens S. Thomam nomine S. Doctrinae significasse Theologiam sumptam non solum pro habitu conclusionum, quae deducuntur ex principiis immediate revelatis, sed scil: et pro habitu principiorum, i. notitia et habitu fidei; ad quam n. doctrinam pertinet deducere conclusiones,

ad eandem spectat simul proponere prius et explicare sua principia, ut patet in Dialectica, Philia. quia prius n. in illis proponuntur Definitiones et suppositiones aliquas, ex quibus postmodum colliguntur Conclusiones. Confirmatur hoc ipsum ex Arle c. j. l. j. de Coelo docente Physicam circa principia naturalia versari. Quare notitia principiorum et conclusionum quae ex illis deducuntur, non censentur ad diversas disciplinas, sed ad unam et eandem pertinere. Praeterea sicut Deus, eo ipso quod Scrib. indidit lumen Naturale, dicitur illis manifestasse scientias naturales, in quarum tamen cognitionem eodem lumine et industria devenerunt ut colligitur ex Paulo Rom. j. et 2. Dicente Deum manifestasse Philis suam notitiam, et per ea, quae facta sunt invisibilia ipsius, opusque legis scripsisse in cordibus eorum; ita eo ipso quod ultra lumen naturale addidit illis lumen fidei, censetur non solum revelasse illis immediate ea, quae ad fidem pertinent, sed et mediate, ea quae ex fidei principiis sua industria ac lumine Naturali deducunt. In Theologia, sacrave Doctrina non solum quoad principia, sed et quoad Conclusiones merito dici debet revelata. Franciscus Lugo l. j. de Deo Uno D. j. c. j.

Circa 3am Conclusionem

Nota: eam mixte quoad secundam partem sic confirmari primo: Deus multo minus, imo nunquam deficit in necessariis, sicut Natura non deficit, sed non solum necessaria est traditio scripturarum, verum et illius earum; ergo Deus non relinquit Sponsam suam sine Magistris et DD.; hinc Ephes. 4. Alios quoque dedit Pastores et Doctores ad consummationem Sanctorum, ut iam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento Doctrinae, in nequitia hominum, in astutia, ad circumventionem erroris. Item s. Scriptura obscura est, et ambigua in multis locis, quae oportet habeat DD. certamque regulam, a quibus verum illum sugamus, sicut

47

Antiochenis in re admodum difficili non ad alios ij ad Apostolos et seniores confu-
gerunt, qui erant Hierosolymis. Zumel in 1 part. S. Thomas q. 1. a. 1.
Confir. 2° ex 4 muneribus ipsius Theologiae, quorum primum est, in sacris litteris,
Concilijs, alijsque Diffinitionibus sua principia indagare, quaerendo verum sensum, et in-
terpretationem sacrarum litterarum, modo ex proprietate sermonis, modo ex ipso con-
textu, modo ex collatione dictorum locorum, quae invicem consentire, quaeve quasi
repugnare videntur, modo ex SS. PP. interpretatione. Quod si aliqua propositione re-
velata assumat, in sensu quem non constat certo, sed probabiliter esse litteralem,
aut intentum a revelante, assumet principium solum probabile, quod non nisi opi-
nione poit gignere; 2um est: sua principia suadere quo facilius et promptius
homines ad credendum inducantur, idque interdum per communia principia fidei, interdum
vero per rationes singulis peculiares ostendendo, quam consentiant singula cum
lumine naturae. Item adversus eos, qui quidam principia negant, et alia ad-
mittunt, eo admisso negata comprobare, quo pacto contra Judaeos et Haere-
ticos argui solet; 3um est Argumenta enodare, quae vel adducuntur, vel adduci possunt
ad dogmata fidei oppugnanda, eaque docent Caietanus h. a. 8. et Vasq. D. 11.
c. 3. solvi posse evidenter negative, quae evidenter possit ostendere Theologus, Argumenta
Adversariorum non convincere, de quo late Gillius Tract. 4. c. 10 et 11 docens non
semper evidenter, sed certo et verisimiliter ostendi insufficientiam Argumentorum contra Fidem.
4um est ut reliquarum Scientiarum ita huius Disciplinae proprium ex suis principijs
conclusiones proprias deducere, nonnunquam omnino certas, si utrumque principium
infallibile sit, nonnunquam probabiles, sit alterutrum principium saltem sit pro-
babile, nec non alienum est a Theologia opinionibus uti, quibus caeterae vero Dis-
ciplinae naturaliter abundant, nec item pertractare quidem, quae licet ad alias Scientias
pertineant, coniuncta tamen, et quasi antecedentia sunt ijs, de quibus disputat
ex professo; et ex munere proprio, nempe cum saepe principio revelato

debeat alterum adyuere naale, y subiide Rationalis alicuiy disciplinæ sit proprium.
Quia ꝺia completi videtꝰ Augustinus ij. de Trinit. c. j. dns: Huic scie (quæ
sapiã appellat illud tribui, quo fides saluberrima gignit, nutrit, defendit, roborat,
qua scia ꝺ pollet fideles plurimi, quauis polleant ipsa fide plurimũ; alius ꝺ
n. saire transeãs ꝺ hꝰ videre habeat ꝙ adipiscenda vitã beatã, alius a. saire
quemadm hoc ipsũ et pijs opitulet, et contra impijs defendat. Hæc Augꝰ ci. c. 2.
Contra hꝰ duba fie —

Hoc jõ: Matth. 10: Cũ persecutiõis aũ leges aut Prophetæ nobis cogitare, quomodo
aut quid loquamini jõ Item Luc. 21. Dabo vobis os et sapiã cui ꝺ poterunt resistere
Item: Joan. 2. Non necesse habetis ut aliquis vos doceat, Unctio enim eius docebit
vos ꝙ non est necesse opã dare Theologis Dd. et Theologia.
Hoc jõ Hoc ꝺia ꝺ excludere Magisteriũ hominũ existimã, ꝙ y elucidet et
eloquentiã fides, nã fides ex auditu. Rom. jõ quomodo autẽ audiat sñ
Prædicante. Vñ ille locus: Non necesse habetis ꝙ habeat hunc sensũ; Non ex
habetis Rabone, sile Doctrina enim celestis docebit vos de omnibꝫ
Hoc 2ꝺ quod hoc testimonio s. Scripture loquatꝰ de Apostolis, y cũ ꝺ possent hoc
nõnulli tempus spatio omne adhibere veritatem in Gymnasijs quomodo erant
prædicaturi? et docti sunt indigere a Deo Zumel Cõ. y. 2.
Joan 3. Deut. 32. Dei perfecta sunt opa ꝙ nihil est defectus, nisi ei qui
deest d Sab. decreti ꝺ finem consequendum ꝙ omni ex conditione neali
ord ce ꝺia ea gratia, ꝙ sunt ei decreta ad suũ finẽ obtinendum, ꝙ nulla est
ei decreta Doctrina supernalis d'uinitꝫ inspirata
ꝙ quod homini gentili fuit decretũ, et consequenter ꝺ sufficiẽtiã ad consequendũ

6

suum finem naturalem in sua conditione, caeterum ad suum finem supernaturalem ad quem ex dono gratiae ordinamur, non habemus ex dono naturali, sed conditione naturali media necessaria ad eius consecutionem, sed ex dono gratiae illuminantis. Cit.

Obj. 2do Cognitio SS. Scripturarum sufficit ad salutem Aiae, quae non est opus alia Doctrina. Aut. probat. Nam D. Chrysostomus Hom. 1. sup. Epist. ad Titum ait, continet omnia praesentia, futura, et omnia quae ad pietatem sunt necessaria. Item S. Augustinus Tract. 59 super Joannem sic scribit: Non omnia quae fecit Dominus noster Jesus scripta sunt, selecta tamen sunt, quae scriberentur omnia, quae generi humano necessaria sunt ad salutem.

Rx quod in S. Scriptura omnia continentur necessaria in communi et universali, caeterum quando se offert specialis controversia Fidei, tunc Discipulos mittit ad Ecclesiam quae est columna et firmamentum pietatis.

Q. 1o Quid sit Theologia?

Rx Theologia apud Catholicos usurpatur pro sacra Doctrina habita per revelationem; definitur 1o Theologia est rerum divinarum ex iis quae sunt a Deo revelata doctrina. Ubi per (Doctrinam) quasi rationem genericam convenit cum aliis disciplinis; per particulas (rerum divinarum) sumptas ab obiecto naturali differt ab aliis habitibus quae divina non attingunt. Demum per illa verba (ex iis quae sunt a Deo revelata) dignoscitur a Theologia naturali, sive Metaphysica quae vim divinam ex naturae principiis investigat. Alii Theologiae per omnia genera causarum sic explicant: Theologia est habitus scientificus de rebus divinis et principiis revelatis mentis humanae Fide et Scientiis naturalibus illustratae ratiocinatione acquisitus. Mens est causa naturalis; Habitus formalis; principia et ratiocinatio, Effectus: perfecta Dei cognitio finalis.

Q. 2o Quotuplex sit Theologia?

Rx 1o Dividi Theologiam in Theologiam Beatorum, quae manifesta revelatione nititur; et in Theologiam Viatorum, quae procedit ex obscura revelatione. Haec non

ex vbo aut lumine, sed ex modo tradendi et tractandi divina mysteria, vel ex differentia vocum quibus utitur in explicanda fide. Dividitur 2o in Mysticam et Symbolicam et in Demonstrantem sive Philosophicam, ut ex Dionys. Areopag. in epistola ad Titum, aliisque Patrib. explicat Joan. Cyparis. dec. 1. Symbolica est, quae constat ex symbolis, quae mysteriis sub similitudine diversarum rerum continentibus arcanos et reconditos sensus spirituales Theologia Demonstrans, divina mysteria explanat verbis proprie usurpatis. 3o Alterutra istarum bifariam dividitur; Nam symbolica, quae Dionys. de Mystica Theolog. c. 3. significativam appellat duas in partes secatur. scil: in illam quae utitur symbolis corporeis et visibilibus ut cum Deo uterus, manus, caput, et similia, hanc Cyparissiota sup. c. 2. constituit in ipsis figuris corporeis ~~et visibilibus~~ ut in rubo ardente, in visione sedentis Dei in throno. Altera pars est quae utitur symbolis invisibilibus sive verbis translatis, ut cum Deus poenitere dicitur, tangi dolore, dormire, vigilare. Theologia vero Demonstrans in Affirmantem et Negantem dividitur; illa Deo tribuit praedicata positiva, ut cum dicimus illum esse bonum, sapientem et potentem. Haec negativa praedicata, ut cum dicimus esse incorporeum, infinitum. 6

Est alia Theologia mystica, quae Theoricae praxin adiungit, et sic ab Henrico pia demonstratione definitur: Theologia est quaedam experimentalis de Deo cognitio, habita per coniunctionem affectus spiritualis cum eodem, dum eidem adhaeret, ut unus cum Deo spiritus fiat. Hunc spectasse videtur Gerson. l. 4. de Consid. prose. 4. quod de Theologo sic ait: Theologus est vir bonus rerum divinarum peritus. Bonitatem ergo, et rerum divinarum notitiam in bono Theologo hic bonus sane Theologus requirit. Ultimo dividitur Theologia Demonstrans ex differentia methodi quam utitur in Theologiam positivam et in Theologiam scholasticam. Sunt tamen huic Theologiae ~~definitionibus~~ divisioni moralis et concionatrix superadditi. Utraque

principia et conclusiones ad mores attinentia persequitur: illa instruendo illum, ut discernat inter virtutes et vitia singulorum, naturas, proprietatesque considerans. Hec alliciendo voluntatem rationibusque movendo ad sectandam honestatem, et contraria fugienda

Q. 3.o Quomodo Theologia nostra Scholastica differat ab antiqua Antiquorum Theologorum?

R. Theologia Schol. ab antiqua differt solum ordine, brevitate, comprehensione, ut quod totum doctrinae revelatae corpus complexa, ita singulas eius partes scrutatur, ut nil intactum relinquatur, nec solum contenta est ad ipsos veritatis nervos pervenire, sed minimasque fibras rimatur, varias difficilesque quaestiones ab antiquis vel omissas vel perstrictas vel cursim expeditas serio et exacte ad Fidei normam ad trutinam rationis expendit, et brevi dialectices usa compendio, ea quae olim in varios dispersa tractatus nullo inter se ordine connexos confuse, et prolixe agitabantur congesta, digesta, illuminata comprehendit. Fran. Lugo dit. c. 12.

Quaestio Secunda.

Qualis Habitus sit Theologia?

Pro Conclus. h. q. prima, ~~Notum~~ ea quae supra praecedenti q. dixi pro Confir. 2a Conclusionis 3ae, ubi illam Conclus. confirmavi ex 4 muneribus Theologiae, quibus patet ut et verbis S. August. ibidem circa finem confirmationis annotatis, praesentem Conclus. saltem quoad 4 habitus sic confirmo cum Gillio, qui 4 habitus recenset in Declarativum, quo Fides gignitur, et primum munus praestatur, explicatione namque et propositione ex obi. revelati dispositive gignitur Fides ex auditu, Rom. 10. capit. Probativum quo Fides roboratur, et 2um munus exercetur, nam motiva, rationes, similitudines et exempla quae ad Fidei confirmationem adducuntur fovere ac roborare solent infirmam Fidem parvulorum in Christo. Defensivum,

quo Fides defenditur, et tertium munus impletur, evertendo rationes et inanes falla-
cias eorum qui non obediunt Evangelio. Declaratium, quo Fides nutritur et 4tum munus
exequitur, nam Discursus Theologicus inclinando illum ad assensum eorum qui non sunt revelata
immediate sed ex revelatis colligitur Fidem auget, et nutrit ut recte notavit
Capreolus q. 1. Prolog. Art. 2. ad 4. contra 5 conclus. Franc. Lugo cit. c. 2.
Circa 2am Conclusionem huius q. pro Obiectionibus solvendis —
Nota 1o. ~~Adhoc~~ Ad hoc ut principia gignant scientiam requiri ut non tantum principia
remota sint evidentia, sed etiam proxima.
Item 2o. Aliquos velle nostram Theologiam habere evidentiam suam, etsi non in Viatore
Theologo, saltem in Beato. Sed ad hoc dicitur, hoc nequaquam sufficere, sed insuper requiri,
ut evidentiam habeat in ipso Viatore, quia a. nunquam habebit, cum semper procedat ex Ar-
ticulis Fidei, ac consequenter nunquam erit stricte scientia, ita colligitur ex Fran. Lugo
cit. D. 3. c. 3. et Franc. Amico Cursus Theol. Tom. 1. D. 1. Sect. 1.
Conclus. ista 2a sic confirmari potest 1o. Auctoritate S. Thomae. qui in 3 Dist. 33.
q. 1. Art. 2. q. 4. et de Veritate q. 14. art. 9. docet non esse proprie scientificam
cognitionem illam quae reduci non potest ad principia evidenter nota. et 1. Art. 2.
dum asserit Theologiam esse scientiam quae procedat ex principiis demonstratis in scientia superiori
solaque Fide et Authoritate acceptis ex Usurpat sanctus (ut ait Caiet.) scientiam non simpliciter
sed secundum quid, ac subinde Theolog. excludit a ratione propria et rigorosa scientiae.
Confirmatur 2o. Ratione, quia caret praedicto essentiali alicuius rei non participat veram
et propriam rationem, sed nam talis rei, at Evidentia est praedictum essentiale scientiae
non consequitur ad essentiale, at nullum essentiale supponitur in scientia an Evidentia,
quia si quid supponeretur esset certitudo, at haec non supponitur sed sequitur Evidentia
ideo non est actus certus quia Evidens non igitur Certitudo sed evidentia est

primum (locus h. Obiectioni) constitutivum Scientiae: quia primum constitutivum rei est quod primo rem distinguit ab omni alio, atque evidentia, non certitudo Scientiae distinguit ab (primo) omni alio actu qui Scientia non est. Confirmatur: Assensus ex testimonio Dei clare cognito essentialiter differt ab assensu ex eodem testimonio obscure credito, non alio ex capite, nisi quia unus est evidens, alter inevidens, cum in caeteris conveniant; quia evidentia est praedicatum essentiale in actu scientifico, quia actus qui caret, caret essentiali praedicato Scientiae, atque adeo non participat integram naturam Scientiae, et consequenter non meretur naturae veram et propriae Scientiae. Confirmatur: Si Theologia esset vera et propria Scientia, vel esset integra essentia Scientiae salvatur in sola actu certitudine sine evidentia, vel in continuatione cum evidentia alterius Scientiae, vel in evidentia consequentiarum? non in sola certitudine actus, tum ob rationem assignatam, quia certitudo consequitur evidentiam in actu scientifico, tum quia magis essentialis actui est ea perfectio quam potentia perficit sine naturali exigentia talis potentiae, atque illectivae potentiae naturalis exigentia est suum assensum praebere ex proprio et non alieno testimonio cum natura ipsius sit rem in seipsa intueri, unde nunquam quiescit donec illam in seipsa evideat et intueatur. Nec salvari potest in continuatione cum evidentia alterius Scientiae, quia si Scientia subalternata non habet evidentiam in se non poterit illam accipere per continuationem ad subalternantem existentem in alio subiecto, ubi existit Theologia Beatorum, cum nostra Theologia non proprie sed valde improprie subalternari dicitur, nam cum haec sit extrinseca tantum coniunctio non potest nostra Theologia dare intrinsecam evidentiam, quae est supra probatum necessaria est ad veram et propriam Scientiam. Haec est eadem ratio de ~~perfectiva~~ perspectiva, nam haec quae est in dicto subiecto nititur evidentia sensus ad quam suas conclus. resolvit. Nec salvari dicitur potest in evidentia consequentiarum, quia nostra Theologia non tantum attendit ad bonitatem consequentiae, quae est proprium Logicae, quam ad veritatem consequentis quod est proprium

Theologiae. Igitur si non est evidentiam consequentis, etsi habeat evidentiam consequiae non erit vera et propria Scientia Theologica. Ut enim sit vera Scientia Theol. dat hanc evidentiam quae postulat Scientia ipsa ~~Theologica~~ Metaph. Antecedens probatur: Theologia praecipue attendit ad veritatem articulorum et eorum quae in Articulis virtute continentur, quae non tam attendit ad bonitatem consequiae, quam ad veritatem consequentis, quae vi consequiae deducitur ex Articulis Fidei, ut in hoc Syllo: Christus est Homo, omnis homo constat illum et volente, ergo Christus constat illum et volente, quod Theologus attendit est veritas consequentis quae implicite et virtute continetur in Maiore revelata, nec est eadem ratio de Mathematica quae non attendit nisi ad veritatem quae consequuntur ex tali vel tali principio posito, si illud possibile sit, sed non; finis enim est scire connexionem praedicati cum subiecto, unde licet interdum Theologia viatoris utatur hoc argumentandi modo, id solum facit ad melius indagandam veritatem propositionis absolutae. ita Franc. Amicus cit.

Dices: Etsi Demonstrationes Theologicae non habeant praemissas notiores et evidentes secundum nos, habent tamen tales secundum se, quae sufficit.

R. Id non sufficere iuxta probabilem; debent enim praemissae esse notae non secundum se, sed secundum nos, nam Demonstratio est instrumentum sciendi in gratiam nostri. Cur a. ad Scientiam requiritur evidentia, rationem dat Aristoteles; nam oportet eum, inquit, qui scit, cognoscere rem aliter se habere non posse, quod sine evidentia non fit. D. Hn. cit. h.

Q. an saltem notitia illa, quae de rebus fuerit habuere Prophetae, et Apostoli, per evidentiam motivi formalis, et ipsius attestationis divinae fuerit vera et propria Scientia?

R. Neg. ratio est: Ad Scientiam proprie dictam requiritur evidentia rei, nec sufficit evidentia extrinseca attestationis, adhuc enim ea posita illius dicitur assentiri per extrinsecum et non per proprium testimonium, quod in ipsa rei evidentia consistit, qua evidentia caruerunt Prophetae, solamque habuerunt evidentiam extrinsecam attestationis divinae

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

R. Neg. nam aliud est verum, aliud est proprium, nec veritas et proprietas omnino
se convertuntur, siquidem veritas aliqua sumitur analogice per solam similitu-
dinem et allegoriam, ut cum Christus dicit Joan. 15 Ego sum vitis vera: at vero
proprietas excludit talem analogiam et similitudinem, nec illigitur de aliquo
nisi formaliter per se tali, quare etsi Christus se vitem veram appellat, nemo tamen Christum
esse vitem propriè sumptam.

Instas.

Ineptum foret si dicerem aliquem verè esse hominem, et tamen non propriè hominem,
ergo similiter ineptum est si Theologia dicatur vera, sed non propria scientia.

R. Neg. Parit. quia homo est unum Ens per se, Scientia vero per aggregationem ex multis partia-
libus habitibus. Deinde homo ponitur in Categoria substantiae, quae non recipit magis et minus, Scientia
vero in genere qualitatis, quae recipit magis et minus.

Nota in Exemplis quomodo Theologus ex Art. Fidei deducat Conclusiones: Nam ex isto
v.g. principio: In divinis 3 sunt personae in una essentia, colligit Theologus, ergo haec sunt con-
stituenda relationes realiter ductae quibus personae constituantur et dignoscuntur; nam si non distin-
guantur re absoluta, necessario dignoscuntur per relationem. Item cum S. Paulus ad Tit. 3. ait:
omnis anima potestatibus superioribus subdita sit, colligit Theologus; ergo principes habent potestatem conden-
di leges, quibus obligent in foro Conscientiae. Item ex hoc principio: Christus est una persona
in duabus naturis subsistens, colligit Theologus, ergo humanitas Christi non habet propriam
personalitatem. Item ex hoc: Christus est homo, colligit Theologus; ergo habet huma-
num illum et voluntatem.

Et qualis sit iste Discursus, naturalis ne, an vero Theologicus: Nostrae cogita-
tiones non possunt naturaliter cognosci ab Angelis nisi per species infusas, at non habent tales con-
naturales ab instanti creationis, ergo nequeunt naturaliter cognoscere nostras cogitationes &c.
Ratio dubitandi est, quia neutra praemissarum est de Fide, sed revelata.

Conclusio 4ta est cons, nihilominus sic confir. 1o: Ad propriè dictam subalternationem mihi hoc conditio requiritur, ut saltem aliqua ratione accidentali Obiectum subalternatae differat ab Obiecto subalternantis. Ideo a. ratio illa, seu differentia, per quam Scientia subalternata contrahit Obiectum subalternantis, accidentaria esse debet; nam si vel essentialis sit, vel est proprietas ex natura Obiecti fluens, non erit de Obiecto sic contracto et determinato Scientia distincta, cum eiusdem Scientiae sit agere de Obiecto, speciebus et proprietatibus Obiecti; quae tamen deest h. nam Theologia Beatorum prorsus est de iisdem principiis et Articulis Fidei, ac quibus est Theologia nostra, scil: de Deo Uno, Trino, Christo Domino. Imo et de Obiectis aliis veritatibus quas ex articulis Theologus Viator deducit, et quod Christus habeat unam substantiam, humanam ~~voluntatem~~ Voluntatem, nec refert quod cum Caietano obiicias: Obiectum Theologiae addere aliquam rationem accidentariam Obiecto Dei et B.B. videl: Esse revelatum, nam hoc non est ratio aliqua Obiecti cognita (ut loquitur Hakerus.) Cuiusmodi dicitur esse ratio accidentaria quam postulat Obiectum Scientiae subalternatae, sed tamen concurrit ex parte principii activi ad assentiendum art. Fidei: Nam ideo assentimur, quae credimus a Deo esse revelatos. Est igitur similis Scientiae nostra et Beatorum, et de iisdem rebus, et tamen est sciendi modus; nos n. scimus credentes principiis, Beati vero sciunt evidenter principia ut loquitur Zumel. Confir. 2o Scientia subalternans ~~Conf~~ et subalternata sunt esse in eodem subiecto, non autem Theologia nostra et Beatorum. Adde ex Vasq. quod subalternata semper ulterius tendat quam subalternans in cognitione Obiecti; at nostra Theologia non ulterius quam Beatorum tendit, imo et intensive et extensive minor est. Caeterum: Adverte primo ex Zum. nostra Theologia saltem secundum quid subalternari Theologiae B.B. hoc tamen non obstat nostrae Conclusioni, quae de perfecta Subalternatione loquitur.

Circa 2iam Rx. ad Quæsitum in fine h. q. positum observa id q ibi dr, q theolo-
gia quoad substantiam sit supernaalis & sic confir. jo: Assensus theologicus est
certior quolibet scifico naali; ex S. Thoma part. 1. q. 1. et cæteris
theologis. Hanc certitudinem non potest aliunde habere quam ex principio aliquo
supernaali; cum oporteat omnem perfectionem quæ reperitur in effectu, pro-
ficisci à causa; nequit autem effectus recipere à principio supernaali perfectionem
ullam supernaalem realem, quin simul cum ea recipiat entitatem supernaalem,
cum perfectio ~~Dei~~ sit ipsa entitas realis, quæ non est naalis, si perfectio superna-
turalis est, patet; quod si assensus theologicus recipit certitudinem ~~ea-~~
~~turalem~~ supernaalem, excedentem certitudinem sciarum naalium, opor-
tet ut ~~ea~~ cum ea simul recipiat entitatem supernaalem. Confirmatur 2o:
Quotiescunque ad assensum concurrit motivum aliquod supernaale, ille est quoad
essentiam suam supernaalis; assensus n. specificatur à suo motivo; atque ad assen-
sum theologicum concurrit motivum supernaale. Adæquatum enim motivum
illius non est sola dispositio terminorum, sicut naalis connexio unius
extremitatis cum medio, sed est supernaalis connexio alterius extremitatis
cum eodem medio: scil: assentior, quod Chrus est risibilis, non solum quia
risibilitas, quæ est alterum conclusionis extremum naaliter connectitur cum homine
qui est medium, cum quo extrema connectuntur in præmissis; sed etiam quia Chrus,
quæ est alterum extremum conclusionis fide divina connectitur cum homine in præmissis.
Concurrente a. partiali motivo supernaali totus assensus fit supernaalis; sicut con-
currente partiali causa supernaali totus effectus est supernaalis, ut constat de lumine
gloriæ et illum creato partialiter concurrentib. ad visionem beatam. Ratio est
Quando duæ causæ ambæ in effectum concurrunt, semper superior, utpote for-
tior, assimilat sibi effectum, saltem quoad aliquid. Confir. supernaalitati

Theologici assensus non obstat naturalis discursus, quo utimur ad conclusiones ex re-
velatis deducendas: quia hic non impedit supernaturalitatem multorum actuum, quos per
scientiam infusam eliciebat Christus, nec coniunctio alterius motivi naturalis
impedit, quia ad dandam speciem actui supernaturalem, sufficit alterutrum tantum mo-
tivum supernaturale. Ex his deducitur assensus Theologicus, qui media con-
sequentia naturali, et infertur ex una praemissa supernaturali, ex altera naturali,
et in essentia supernaturalem: quia ad utrumque concurrit aliquod motivum supernaturale,
nempe altera saltem praemissa supernaturalis.

Nota ulterius 1o: Commune axioma Philosophorum: Conclusio sequitur debiliorem
partem, non esse contra hanc dicta, nam praemissa naturalis ex coniunctione cum
praemissa supernaturali elevatur ad participandum gradum certitudinis supernaturalis:
quia cum praemissa naturalis explicat supernaturalem revelatam, sic explicat, seipsam
implicite et virtute contineri in supernaturali revelata, adeoque participare
certitudinem revelationis supernaturalis, non quidem formalis et expressae, sed virtualis
et implicitae: et consequenter conclusio deducta ex una praemissa supernaturali, et
naturali altera, etsi sequatur partem debiliorem, erit certior quam conclusio naturalis; quia
non nititur certitudine praemissae ut naturalis, sed ut participantis certitudinem praemissae
supernaturalis per coniunctionem ad illam: ut patet in 2o Syllo: Christus est Homo, Homo
est risibilis, ergo Christus est risibilis, quia minor naturalis dum explicat maiorem revelatam
et creditam fide divina, simul explicat seipsam virtute contineri in maiore
revelata: quia cum propositione revelata censentur revelari ea via, quae cum
ea sunt naturaliter connexa, atque adeo ex tali explicatione et coniunctione
redundat in minorem naturalem gradus certitudinis revelationis implicitae
et virtualis, qui gradus certitudinis communicatur et conclusioni.

Obr. Praemissa naturalis cognita per discursum, ut contenta in praemissa revelata, creditur fide
divina; ergo ut sic non differt a praemissa revelata.

18.

Ad 2. dico: Credit fide divina virtuali et implicita con. Fr̃ali et explicita, neg.
Dupl. n. talis credi Præmissa p̃t ex testimonio divino, uno modo explicite
et fr̃alr, si nim: discursus nãlis solũ se habeat ut Conditio qua posita illi
solo testimonio divino gerat ad eã credendam. Alio modo implicite
et virtualr, si videl: eodem discursu applicetur, illã contineri in Præmissa
revelata, et simul eodẽ testimonio divino implicite et virtualr credatur
ea esse in Præmissa supernãali revelata; quã quidã certitudinis gradus infe-
rior fide divina fr̃ali et expressa, superior scia nãali.

Ntm 2o. quod Præmissa evidens, gradũ evidentiæ inevidenti Præmissæ
sz creditæ fide divina nequeat communicare; quia Inevidens excludit
à suo motivo fr̃ali omnem rationem fr̃alem nãalem.

Ntm 3io. Certior est Conclusio Theologica deducta ex utraq; de fide, quã
ex una de fide, et altera nãali, quia qnto Conclusio ẽ propinquior principio,
ex quo deducitur tanto ẽ et certior; quia tanto magis participat certitudinem principij
ppter quã asseritur: sz Conclusio deducta ex utraq; Præmissa de fide, ẽ propin-
quior principijs revelatis, ex quibus deducitur, quã deducta ex una de fide, et altera
nãali quia hæc continetur in altera de fide, infertq; Conclusio media præmissa
nãali &c.

Tertia.

Utrum Theologia sit una scia?

Circa Conclusionẽ jã, eiusq; probationem 2am velim
Notes eã sic confirmari: Motus specificatur à suo termino ad quem, scia
ẽ motus, ergo probatur min. Scia ẽ cognitio quædã, cognitio autẽ ẽ motus, cuius
terminus ad quem ẽ obiectum attributionis.

Contra utrũ Conclus. sic
Obr primo. Assensus scifici specificantur à Conclusionib. quæ et Theologici. Confir:

Theologus dr̃sos frat̃ conceptus d̃ Deo trino et uno, ac d̃ Choru Institutione &c.
R. Neg. Ant. Assensus enim scifici specificans ad medijs, q̃ sunt pnpia assensuum, non à conclusionib. Vn̄ qn̄ dr̃sæ conclusiones dr̃sis cognoscunt medijs, dr̃sos pariunt assensus, n̄ ppt̃ dr̃sitatem conclusionum, sz mediorum quibus illæ cognoscunt: eodem enim medio plures pnt̃ conclusiones dr̃sæ cognosci et probari. Cum igitur conclusiones Theologicæ nitantur unico medio revelationis virtualis, n̄ specificabunt dr̃sos assensus. Ad Confir. conceditur de conceptibus apprehensivis q̃ pcedunt ps̃ sensum illativum, ut conditiones pr̃ requisitæ, scil: ipsos ee dr̃sæ rationis; negatur tn̄ d̃ assensu illativo: Explico: ut illus poit elicere hunc assensum: Chrus e risibilis; Patr̃ dnqr̃ à Filio &c. prius frare dr̃ simplices conceptus terminorum, nempe d̃ Chro risibili, et d̃ Patris à Filio Dnctione; qui quoniam sunt d̃ terminis dr̃sis: ipsi et erunt spe dr̃si: verum n̄ in ijs consistit fralis assensus Theologicus, quem tales conceptus apprehensivi tm̄ pcedunt ut conditiones pr̃ requisitæ, sz qbus assensus ipse elici n̄ poet; sz in actu illativo, quo conclusio infertur ex pnpio relato, ut in eo virtualr̃ contenta. Quia ex S. Thom. p. 2. q. 8. ar. 3. Scoto in Prologo q. 2. laterali &c. Necesse est ut eodem actu simul cognoscatur pnpium et inferatur conclusio: id tn̄ à quo actus specificatur e motivum frale. Amicus, sect. 1.

Ar. 2°. Habitus erroneus e multiplex sm̄ spe, e n̄ unus, sz et habitus veridicus; Ant. probr: nam ons hæreses n̄ sunt unus habitus, sz sunt dr̃sæ specie hæreses, alia e n̄ hæresis huius, ~~alter~~ alia illius, sz sabellij &c. sequel. patet nam contrariorum eadem e ratio; sz quot modis unum oppositorum multiplicatur, multiplicatur et alterum.

R. Neg. sequel. ob disparit. nam habitus veridicus assentitur omnibus conclusionibus ppt̃ idem motivum, et ppt̃ eandem rationem fralem, scil: revelationem divinam: habitus

~~tota~~ desinit esse Samaritana, nam Arrius errat, opts. prauus a. erroneus est intellectu; Cardinalis autem quia negat esse Pontificem. Adde quod uni eidem virtuti duo sunt contraria vitia opponantur vz Liberalitati oppo- nitur Auaritia, et Prodigalitas, ita Suar. in p. 1. S. Thom. q. 1. a. 3.

Nota denique: Alii dicunt Theologiam esse unam scientiam solummodo in ordine ad unam simpli- cem qualitatem, sed plures habitus dictos numero, quorum unusquisque includit ad distinctam numero conclusionem, sub eadem et eadem Fidei sub qua omnes conueniunt.

Dub. 4.ta

Utrum Theologia sit simul practica et speculatiua

Notandum ad scientiam practicam non requiri, ut immediate possit operari circa finem ipsum, sed sufficit, si operari possit circa media, quibus finem consequimur; alias nulla virtus esset practica circa Deum, nam ipsa potest esse practica; cum nulla virtus immediate ope- rari possit circa Deum. Amicus. 16.

Conclusio 1. huius q. Conclusio 1a. Practicum subordinatum speculatiuo: prac- ticum non est quod directiuum praxis, sed hoc non repugnat cum speculatiuo. Et supponit illud, et ulterius addit extensionem ad praxim. Unde potest dari res ita dicit, ut talis extensione fieri practicum, scil: cognitio speculatiua rei, ulterius extenditur ad modum conficiendi rem ipsam in ordine ad existen- tiam practica. Deinde non repugnat quia eadem notitia sit practica et spec- ulatiua simul.

Nota 2o. Scientia Dei esse speculatiuam et practicam, probatur: Cognitio qua Deus scit de creaturis, qua eas exprimit per proprias notas et praedicata est spe- culatiua; qua uero ostendit modum eas fabrefaciendi, directiuaque est praxeos est practica. Amicus et.

Obiectio: Cognitio speculatiua includit negationem cognitionis practicae, nam sistit in sola contemplatione veritatis; ergo excludit cognitionem practicam.

Confir. nam si notitia practica supponeret speculativam, nunquam practica cognitio
esse posset sine speculativa, cuius tamen oppositum experimur in opificibus, qui
habent notitiam practicam, et fundo opere, absque speculativa de natura eiusdem.
R. Dnego Ant. includit permissive, Con: includit incompossibiliter, negr.
sicut Maia permissive includit negationem Fratrem ignis, quia potest esse sine illa,
non incompossibiliter, quia non repugnat esse cum illa. Ad prob. dnego Ant.
sistit in sola contemplatione veritatis, qua speculativa est Con. qua et pra-
ctica esse potest negr. Ad Confir. Negr. Sequela, Non enim dicimus
notitiam practicam necessario necessario supponere speculativam, sed non repugnare
cum illa; nam notitia speculativa est cognitio de essentia, et proprietatibus
rei, quae non necessario supponitur ad practicam, quae tamen dictat de modo operandi,
non tamen repugnat esse cum illa; probatur et facto dari talem habitum: De
facto datur aliqua cognitio quae exprimit naturam rei, et simul dirigit ad praxim,
qualis est notitia bonitatis increatae, nec non virtutis, quae simul explicat
naturam Obi, et dirigit ad amorem erga illud. Quod a. talis habitus sit fratr
et non eminenter speculativus et practicus, probatur: ei fratr convenit ratio speculativi et
practici, qua fratr est notitia veritatis, et simul directio praxis; quae Amicus citat. Confir:
2o Obiectum fratre Theologiae nim: divina revelatio mediata, et obiectum fratrissimum,
nimirum huiusmodi revelabilitas non pugnat cum scibili practice et speculative;
nam ex divina revelatione cognosci potest, ac de facto considerantur in Theolo-
gia, et speculabilia in seipsis, scil: Deus, Trinitas, Angeli, Incarnatio, et simi-
lia, et agibilia propter salutem aeternam, nempe merita, virtutes, susceptio et ad-
ministratio Sacramentorum, aliaque id genus, quae sub adaequata ratione Theologiae
nostrae simul comprehenduntur et pura cognitio Obi speculabilis, et notitia

directiua obi opabilis, recteq' docet S. Thomas supra Theologiam esse magis speculatiuam q̃ practicam, qa principium illius subum est Deus sub ratione Deitatis; ut speculabilis in se, et praecipuus finis maior diuinae perfectionis notitia. Fran. Lugo. c. 4.

Responsio 2a ad obiectionem primam contra jam Conclus. confir. primo: De ratione notitiae speculatiuae solum est ut tendat in verum propter seipsum, ita ut ex tali modo tendendi praecise nil aliud requirat praeter cognitionem veritatis. hoc tamen non tollit, quin sum aliam rationem virtualiter inclusam eadem notitia et scientia, q̃ est speculatiua possit hoc ordine ad praxim, atq' ideo esse practica simul sine ulla contradictione. Lugo cit. Confir. 2. q̃ in inferioribus spargunt in supperiori colligunt; sicut V. q Rationale et irrationale in homine et Bruto dispersa sunt et essentiales; in Animali a. colligunt et tamen sunt accidentales differentiae, non tamen, ita et practicum et speculatiuum, etsi in inferioribus sint essentiales differentiae, non tamen in superiori et supernaturali, quia scientia supernaturalis est Vtilior q̃ naturalis, eo ipso q eodem supernaturali lumine tam speculatiua q̃ practica cognosci queant. ex D. Ansel. h.

5ta

Vtrum Theologia sit dignior alijs Scijs?

Contra jam Conclus. huius q. Obiectio primo Illud principium: Quodlibet est vel non est: supat principia Theologica, tum quia involuit omnem imaginabilem certitudinem ac veritatem; tum quia si veritas ac certitudo illius periret, actum esset de omnibus alijs veritatibus. qa si illa propositio non est vera, certe nullae erit.

Ad Rum Zumel sic in 1 P. S. Thom. q. 1. a. 5. q. un. qn dicimus sacram Do-

prima ee certiore sibi scijs et sib. principijs loquimur de principijs q̃ includunt in quolibet verite, divina, humana, quale e dictum principium, quia n. Deus aliquid revelat, et includit hoc principium et revelatum. Ergo cum Deus revelat, l. ee idem, revelat et q. e homo, l. n. e Homo etc.

Prob. Haec Propositio: Deus e certior q̃ illa Deus e trinus et unus, quoniam si n. e Deus, n. e trinus, et tn. n. e principium Theologicum, ergo aliqua propositio e certior principijs Theologiae.

R. q. illa propositio sit principium Theologicum, i. praeambulum primorum principiorum Theol. Contra. 3am Conclus.

Obr. Lumen naturale et lumen supernaturale sunt aequalis certitudinis; cum utrumque sit a Deo, cum Deus n. minus sit Author naturae, q̃ fidei aut gratiae, q. principia scientiarum naturalium sunt aeque certa q̃ principia et conclusiones Theologicae; confirmatur primo: Nam lumen naturale aeque inclinat ad verum q̃ lumen fidei, unde sequentes illud unusquisque erramus. Confir. 2o. Nam veritas omnis per se e una simplex et immutabilis.

R. Neg. seq. cum Aut. Ad Primam Confir. R. utrumque quidem inclinare ad verum ex sua Natura, verum lumen Naturale respectu usus et applicationis valde e deceptorium, tum quia nititur Regula sensuum, q. experientia teste, fallaces sunt. tum quia ut loquitur Gam. h. j. p. S. Thom. q. j. c. q. n. participatur a nobis nisi imperfecte et cum multis ignorantiae tenebris, scil: dependenter a sensib. qui frequenter hallucinantur; tum quia ut advertit Zumel h. j. p. S. Thom. q. j. a. 5. q. un. Lumen naturale e proprietas quaedam naturae nostrae q. deficere potest; at lumen fidei e proprietas ordinis divini, q. innititur primae veritati dicenti, et ideo repugnat istud lumen ee deceptorium, et primam veritatem n. decipere q. e Regula diu aliarum veritatum.

Ad illud q. dr: sequentes lumen naturale n. errare R. ad verum esse in ordine ad culpam aliquam scientiae contrahendam, falsum u. in ordine ad appre-

hendendam veritatem, ut experientia constat. R. Id falsissimum est; quia solo
hoc adiuti lumine naturali, ipsa extrema de quibus agitur et eorum essentias saepe nec
satis penetrare, neque investigare et cognoscere possumus; tum quia ut dictum,
lumen cum sit proprietas naturae (potissimum autem lumine naturali, prout in nobis est
loquor, quis et Angelicum illius gneat, cum nec illud infinitae perfectionis sit)
satis imperfectae, defectibile esse potest: tum quia lumen naturale in usu suo ac exer-
citio innititur, ut dictum, regulae infinitis erroribus et deceptionibus obnoxiae;
et hinc est illud sap. 9. Cogitationes mortalium timidae et incertae providen-
tiae nostrae; et Psal. 115. Omnis homo mendax. D. An.

Instas

Qui sic errant non ipsum lumen naturale, sed errorem sequuntur; quia non ipsum lumen naturale
deceptorium est, sed ipse error.
R. Ad Neg. Ant. nam tales et ipsum errorem et ipsum lumen naturale sequuntur; erro-
rem sequuntur ut patet per se; ipsum lumen naturale sequuntur; quia illud non potest non
sequi, sicut est in illo neutrum extremorum (scilicet erroris approbandi et cogno-
scendi) potest.
Ad 2. Con. Ant. Neg. Cons. Nam ut lumen aliquid dicatur deceptorium, sufficit quod esse
possit occasio erroris, seu imbecillitate sua sive ex applicatione erronea.
Ad 2. Conclusio sequitur parte debiliorem; quia tunc saltem non erit theologicus
assensus certior, aliis scientiarum naturalium assensibus ac evidentius, quam una pro-
missarum naturaliter evidens.
R. Neg. seq. ratio est: quia ratio obiectiva illius est certior atque infallibilior utpote
lumen revelationis divinae. Ad Ant. dr. Ergo non est quod cum praemissa debiliore,
conclusio debeat esse in eodem gradu debilitatis; aliquando quia una praemissarum esset contin-
gens, vel falsa, et conclusio talis esset, cuius tamen contrarium docetur in Dialectica,
ubi docetur in syllogismo bene disposito posse dari praemissam falsam et conclusionem veram,
et quia omnis homo est substantia; arbor est homo, ergo arbor est substantia, ut ratio est; quia
conclusio non ab una tantum praemissa, sed ab utraque pendet, adeoque vim et robur suum

ab una tm, sed ab utraq; trahit; sensus igitur est, quod quidquid debilitatis in Conclusione est, ex praemissa debiliore redundet. ita Hallerus h. Ubi ulterius.

Nota, Tametsi concederetur, quod tamen paulo infra examinandum est, syllogismum theologicum ex una praemissa naturali evidenti esse debiliorem syllogismo ex utraq; praemissa, tamen adhuc fore certiorem discursu aliarum scientiarum naturalium sive veritatum evidentium; nam ratio assentiendi saltem inadaequata adhuc esset supernaturalis, quod proinde una cum naturali perfectiore assentiendi rationem constituet adaequatam, quae si solum et adaequate naturalis esset: Causa n. totalis ex pluribus partialibus constata, eo perfectior est, quo naturae partiales sunt perfectiores; ita ut si vel ex vibrantibus una duntaxat sit perfectior, caeteris paribus et perfectior causa totalis inde constituatur. Tan. cit. Sed Zummel h. sentit alteram praemissarum naturalium non esse certiorem aliis veritatibus evidentibus movetur hoc suo Argumento, quod ita contra nos, et iam dicta —

Obiectio Christus est risibilis, ergo aliquis homo est risibilis, Ant. habet certitudinem supernaturalem, ergo et consequens: ergo ista propositio Aliquis homo est risibilis, est certior ista, quae tamen habet certitudinem naturalem: Omne totum est maius sua parte, quod videtur absurdum.

Non est absurdum si illa propositio: aliquis homo est risibilis, consideretur ut explicata, et prout substat revelationi divinae revelatio; secus si consideretur ut deducta.

Ex An Conclusio theologica ex altera praemissa naturali ac evidenti sit debilior, sed incertior, quam alia Conclusio theol. ex 2 revelatis.

Resp. Negative. Ratio est, quia utriusque Conclusionis eadem est ratio formalis sub qua, et motivum a quo haec certitudo desumenda est, scil. ja Veritas Dns revelans, praemissa n. illa s. principium evidens in est ratio formalis obiectiva in discursu tali theologico, ut pulchre probat Tann. D. 1. s. theol. q. 3. d. 2. n. 6. probatur ex Authorit. S. Thom. et aliorum, qui ursim pronunciant rationem formalem sub qua esse revelationem divinam. 2o Alias habitus theologicus et eiusdem Conclus. deductae ex 2 praemissis revelatis, esset specialiter ab eo quod eandem Conclusionem deducit ex una praemissa revelata, et

altera naturali evidente, quia absurdum iuxta communem DD. ant. probatur, quia illi habitus procederent ex distinctis planè rationibus formalibus obiectivis, unus ex [illegible] vere supernaturali altera ex ratione partim naturali, partim supernaturali, quia 2 rationes plus quam genere differunt. Ergo impossibile est, ut unus et idem assensus habitus specificetur per differentias toto genere et ordine distinctas; quia est impossibile eiusdem assensus theologici esse 2 rationes formales obiectivas, quamvis partiales toto genere distinctas; probatur seq. quia differentia essentialis habituum sumitur à ratione formali obiectiva, iuxta communem Doctorum, eam quam rationem formalem obiectivam imitantur differentiae intrinsecè specificantes habitum; quia ubi 2 sunt tam distinctae rationes obiectivae, erunt et ipsae differentiae constitutivae sic distinctae. Confir. quia non est ratio, cur una ratio obiectiva potius specificet, quam altera, aut si est, illa potius dicenda erit ratio formalis obiectiva non hoc; nec dici potest quod coalescant in unam, nam hoc impossibile videtur, ut tam distinctae rationes coalescant in unam. 4° Conclusio theologica explicata per discursum ex una praemissa revelata, et altera naturali evidente potest per fidem credi, quia nititur solo principio revelato et supernaturali, ratio Ant. est, quia est revelata, eo ipso quod est necessario et evidenter, adeoque infallibiliter connexa cum praemissa revelata, esse a. ita connexam innotescit nobis ex ipsa praemissa naturali, per quam nobis certò et infallibiliter constat Conclusionem contineri in praemissa illa revelata. Nec potest sequi fore, ut est in casu, quo altera praemissa est evidens, altera verò inevidens possit quis assentiri evidenter conclusioni; quia ad hoc opus foret, ut evidenter constaret per alteram praemissam inevidentem, Conclusionem contineri in praemissa evidente, idcirco primum non quidem evidenter sed certò assentiri Conclusioni virtualiter contentae in principio revelato id verò est impossibile; quia est ratio est, ut quoad evidentiam vel inevidentiam Conclusio semper sequatur partem debiliorem non autem quoad rationem supernaturalitatis, nec adeo est unquaque quoad rationem certitudinis ut recte annotant Au-

reales q. j. Ruiz. a. n. et Molina h. 29. a. d. j. Quidē et acty virtutes supernaturales sunt supernaales, cū tñ generent et à potēs vitalibus, q̄ sūt ipsi aut res supernaturales. Valet igit̄ ſe Premiſſa naalis illa, aut ſapiēs naturaliter, ſi ſolū tūt conclūs afficians aliqd ſapiē. Tan. d.

Oppon. 1. h. q. Corint. 2. varijs ſtā loci, nā ſ. Dion. 7. Hoc d nrā ſapia est populis; et 1. Cal. 2. Occulta ſapiā tua manifestasti mihi. 1. Cor. 2. ſapiā loq̄mur inter perfectos. Sap. 23. Ecce ego mittā ad vos Prophetas et ſapientes. 1. Cor. 1. ubi ſapiēs, ubi ſcriba.

ablata, contractus non est validus sed fictus. Lug. Card. D. 8. S. 3.
Contra Conclusionem 2iam, quia dicit non sufficere intentionem habitualem
Probatur si ego hodie applico sacra a me fanda pro dobro Annum pro Anima
Petri, licet hoc voluntas non sit causa quia ego postea faciam sacrum, dum tamen

ait Bapt. ab ebrioso collatum esse validum, non n. loquitur de ebrio sed ebrioso, i. quod
sit inebriandi se, quod vitium et peccatum dicit non nocere, sed tamen sicut nec alia peccata
homicidij, raptus etc. De Ebrio itaque et dormiente negamus posse valide conferre
sed tamen. Fatemur quidem posse illum in somno vel ebrietate loqui, abluere, operari
Unde posset et repugnare quod dormiens proferret verba sententialia, abluere, ungere
Caeterum illae actiones in somno vel ebrietate exercitae, etsi praevisae ~~[illegible]~~
et volitae fuissent in vigilia, non essent aptae ad constituendum sententiam, hoc enim
dicit constare ex locutione humana, et omnibus humanis actionibus quales non sunt quae fiunt
in somno et ebrietate. Unde periurium Ebrij vel dormientis, et praevisum non habet
malitiam periurij; nec erit peccatum reservatum, ubi reservatur periurium, ut
cum Suarez et alijs observat Sanchez l. 16. n. 1. in Decalog. c. 16. n. 47.
et licet ipse n. 44. existimet Blasphemias in Ebrietate prolatas et praevisas esse peccata, melius tamen Vasq. 1. 2. D. 127. c. 3. id negat. Sicut n. contumeliae ab ebrioso prolatae non sunt contumeliae, sic nec blasphemiae, quia non
sunt locutiones humanae. Ergo similiter verba consecrationis ab ebrio prolata non
sunt locutio humana; quod idem de actionibus dicendum est, nam ablutio vel unctio
non erunt actiones humanae, sicut nec cultus a dormiente vel ebrio
praestitus erit cultus humanus, et per consequens non esset Idololatria,
etiamsi praevisa fuisset illa actio. Cum ergo actiones sententiales debeant
esse actiones humanae, non erunt sententiae valida, quae per tales actiones vel
locutiones non humanas conficiuntur. ss.

Dico. Quid desit illi locutioni vel actioni, quominus sit locutio vel actio humana,
quae fuit praevisa et volita ante somnum vel ebrietatem? Quod n. quae fit non adsit
libertas actualis parum refert, quia ad actionem humanam sufficit libertas praecedens,
cum saepe contingat Mnrum quando actu consecrat, aut recitat, non habere actualem libertatem sed denominari actionem illam liberam a libertate praecedente, qua imperavit
eam, quae voluntas manet postea virtualiter ut patet.

Ad Locutionem dormientis, ebrij non est locutio humana, quia licet libera sit
denominative, non tamen est significare modo humano, et exprimere mentem loquen-
tis. Locutio n. humana imposita est ad significandam et exprimendam mentem
loquentis, mentem inquam praesentem, hoc est, quod sentiat nunc de rebus sive prae-
sentibus, sive praeteritis, sive futuris: quis enim loquens intendit exprimere quod tunc sentiat
vel non sentiat. Potest quidem contingere, ut tunc non habeat libertatem
actualem, ut cum quis recitat ex volitione praeterita absque libertate actuali; ac
potest tamen tunc per illam locutionem exprimit mentem, quae vel actualis vel virtualis est,
derivata humano modo ex priori mente magis explicita. At n. verba
quae profert Ebrius vel dormiens, non sunt apta ad exprimendam mentem humanam
quam tunc habeat, cum nullam talem habeat in eo statu; mentem a. humanam
mere praeteritam non possunt significare, quia non sunt imposita ad hoc significandum, neque
ex natura rei eam possunt significare, ut sunt verba a Psittaco prolata
quae non possunt significare ex natura rei, quam mentem habuerit, qui monet eum ad eas vo-
ces proferendas; sic nec verba prolata a dormiente vel ebrio possunt mentem
humanam praeteritam prudenter significare, cum possint ex aliis causis provenire quod
voces proferantur ab ebrio vel dormiente. Nec sunt enim illa verba humana
i. e. non habent modum significandi humanum, prout deberent habere ad constituendum
sacramentum, quod essentialiter constituitur per signa humana. Quae haec eadem ratio probat
de verbis procedit similiter de aliis actionibus externis ut ablutione, unctione
nam licet non sint locutiones, debent tamen esse signa sensibilia et assumi debent
a Christo ad significandum sensibiliter, et humano modo, id est, per voluntatem significantis,
quia a. signa humana debent significare et exprimere mentem humanam prae-
sentem, sicut de verbis diximus.

Ad hoc quod voluntas interpretativa in causa sufficit ad merendum et demerendum,
ergo et ad efficiendum sacramentum, quia non maior intentio requiritur ad sacramentum, quam ad actionem
meritoriam vel demeritoriam. Ant. probatur. ... provenientes ex aliqua

Sonesta ꝺ̃ne martyrium ſc̃ Colaurū, ſi poſſea ded opꝰ tāt̄ dñi, et in
peregrinis incidegt̄ martyrium patiatur, ꝺ̃ vere martyr; l ſi ſit prēdicans
ſe in ebrietate inimicū recipere, et poſſea voluntariè inebriaſſ illū occi-
dit ꝺ̃ homicida, et ut talis punit̄.

Ro Neg-cōſ. quia ut ſcḋ ſit meritoriū demeritoriū ꝺ̃ opus ut cō-
paretur tñ cāe ꝺ̃ effectū bonū t malū, ſ ſcḋ ꝺ ſi determinet ut ꝺ
bonū ſonestū: ut u. ut Martio Mart̄ ſit ſufficiens ꝺ tāt̄, comparet̄ ꝺ
actū illud et cāe ad effectū, quo ſit ut actꝰ ponit̄ meritoriū l ꝺ demeritoriū
ꝑ ſolam ſolūtē in cāe; quia ſit voluntat̄ in cāe ꝑ quā actꝰ terminat̄
ad bonū ſonestū t turpe. Quōd a. Homicidiū in ebrietate ſecutū
imputat̄ ut proprius actus et effectꝰ ei voluntariè ſe inebriāvit
nō imputat̄ ei ut effectꝰ humanus ab eo actꝰ ꝑ ſolā ꝑmissionē
ꝙ noluit ſe gerit, ac ſi humanus nō ſequerel. Quōd u. Martyrium
ꝑ ſuū effectū tribuat, et cāe carenti, per ſolā voluntē in cāe ideo ꝺ
ꝙ voluntas ſuſcipiendi Martyrium ꝺ ſe nō ad illum ut cāe effectū, ſꝫ
tñ ut ſequendū, ſicut voluntas ad ſuſcipiendū ſtum.

Ad 2ᵐ Ut recipiendū ſufficit voluntas prędicta ut valide recipiat̄ ſtum
in ſomno t ebrietate, ſic et in Morte.

Ro Neg. conſeq. ꝙ illud ut dicimus ꝺ̃ opere nōie Dei ſcḋ ꝑ ſuas cāas,
ad q̄ requirit̄ cōſilium humanū, ut procedere humanus nō ab intentione
humana, recipiens a nec agatur nōie Dei; nec ſcḋ, nec agatur
ꝙ agat humanus nō ſꝫ ꝙ recipiat, t rechaſſet ꝺ̃ procedere ab
intentione, ſꝫ ad ſummū in dubio ꝺ̃ ſuppōnere intentionē recipiendi.

Ad 3ᵐ Cui aliꝗs ſtum ſcḋ ꝙ Mandans ꝺ̃ cōpos ſui vꝫ in matrimonio
ꝑ procuratorē, ſit n. contingens, ut ꝙ procurator nōie mandantis con-

contingere poet q intra illud brevissimum tempus Mnr amitteret usum Rationis, hoc tn non noceret valori Inti quia tota illa dō prout a Mnro fuerat humana, nec dō attendi, quomodo se habet Mnr qn audit vox, sed solum qn fit ab ipso.

Coll. 3io Licet ad contrahendam malitiam Periurij, Blasphemiae non sufficiat voluntas Precedens, si eo tempore quo proferuntur, non sit homo in Rationis compos: qa eae dōes dnt esse humanae: alia tn esse pcta ad q hoc non requirit, vg Homicidium, furtum et similia, atq adeo ubi hoc tenent pcta reservata, vel tenent censuram annexam contrahent reservationem vel censuram, si fuere an praevisa et solita etsi mandentur executioni in somno vel ebrietate, ut si qe voluntarie se inebriat volens furore vini occidere inimicum, vel eius bona diripere aut domum comburere. Ratio: qa Justitia cui pcta ea adversantur non solum prohibet occidere, furari, sed etiam opponere, ex qua eius modi damna proximo inferantur; atq idem tam erit contra praeceptum iustitiae ponere tales dōes, quam absq illis ponere effectum ipsum, at u praeceptum Religionis vg solum prohibet periurium; non tn a periurium adducere Deum in testem mendacij per verba mentalia, sed per verba formalia, q sola sunt ad vera adductio Dei in testem mendacij, qualia non sunt verba prolata ab ebrio vel dormiente. Sed ulterius

Ex 1o Quid dndum sit, qn fuerit duae intentiones contrariae, q illarum praevalere debeat: Nullus alijs vg consecrare Eucl. sed nullus non offerre sacrificium, quia ex errore putat in Missa non fieri sacrificium. Item nullus conferre Baptismum a Christo institutum, non tn quem tribuit Ecclesia Romana. Item

vult contrahere Matrimonium, non tamen celebrare Intentionem, quia est Voluntas contraria. Hae et similes Voluntates reperiri possunt per Actus ipsorum ignorantiam, errorem, vel oblivionem.

R. Regula communis, et vera Theologorum est, ut Voluntas quae praevalet sortiatur effectum. Nam licet utraque videatur esse absoluta, et efficax, re tamen vera, altera est minus, altera magis efficax et absoluta. Vult enim absolute et omnino dare verum Bapt. a Christo institutum: vult omnino consecrare veram Eucharistiam. Vult enim non dare Baptismum quem dat Ecclesia Romana, quia putat illum non esse a Christo institutum, aliaque illum et dare vult: similiter vult non offerre Sacrificium quia existimat in Missa non esse sacrificium, aliaque Sacrificium et vellet, quia nimirum: magis vult conficere verum Intentionem et Euch. et Bapt. quam excludere Bapt. Ecclesiae Rom. vel sacrificium. vide Cursum.

Q. 2o. Quid si utraque Voluntas esset aequalis?

R. Praevalet posterior; nam sicut posterius testamentum semper praevalet priori, etsi quando fit posterius non recordetur homo prioris a se facti; scil. si heri applicasti sacrum hodiernum pro Petro et hodie immemor illius voluntatis applicas pro Paulo per Voluntatem aeque absolutam et efficacem, videtur praeferenda haec posterior, non enim apparet differentia inter testamentum posterius, et hanc posteriorem applicationem: quae tamen illigendum est cum limitatione statim apponenda. Dumque si utraque Voluntas esset simul si vel propter errorem se vellet consecrare Euch. et non offerre Sacrificium, et utrumque aequaliter vellet, et aeque affectus ad utrumque, putaretur non fieri Sacrum, quia Voluntas simul vult ponere aliquid impossibile; quare sicut si eadem Intentione vellet illa duo contraria scil. consecrare Eucharistiam sine sacrificio, nihil efficeret, quia includeret aliquid impossibile; sic dicendum videtur et

volente sit duplicem voltem aequalem. Imo idem est videtur dicendum etsi Voltas una esset post aliam si tamen utraque influeret in actum, tunc non procedit Regula supraposita, quod Voltas posterior praevaleret: nam si utraque fuit quod nunc exerceat hanc Actionem, utraque est virtualiter praesens, et propter utriusque finem censeor operari. tunc quod posterior voltas praevaleret, quam prior solum remanebat habitualiter, ut in exemplo applicationis sacri crastini, quae cras revocatur per aliam applicationem contrariam aequalem ut dictum est.

Ex Doctrina tradita inferri potest decisio dubii: de quo non multo ante Romae controversum fuit (ut Lugo refert) circa dissolvenda et retinenda Matrimonia Abissinorum quae in Schismate facta fuerant. vide Cursum hic Dr. Mauri privatum, 1. scripta R. P. Pedagogi.

Dubium 3.ium

Utrum mali Sntae et Sntalia administrantes peccent?

Circa Conclus. jam, in qua dicitur Mnrm si sit in statu p. m. debere se per contritionem ponere in gratiam, et ad Eucharistiam per Confessionem —

Quoniam praecepto ad hoc Mnr teneatur?

Resp. Cum omnes DD consensu hoc praeceptum non esse positivum ex humano iure aut Lege divina sed ex institutione Sntorum, independenter ab omni lege positiva, connaturali iure deductum. Sola controversia est in reddenda ratione in qua hoc naturale Jus fundetur. Caiet. 3. p. q. 69. a. 6. et alii hanc rationem assignant, quia cum Mnri peculiari consecratione sint ad tam sanctum Mnerium deputati, ad quod condigne exercendum specialem gratiam acceperunt, tenentur sub praecepti Agentis in Sanctitate se conformare, praecepta a. Agens est Deus. Amic. D. 9.

vica Conclus. 2a. Nota: etsi hoc Conclusio à mortali excuset eum qui ex officio nec solemnitate in mortali sacrum administrat, et dicat esse hanc sententiam quidem esse omnino certam, sed tamen in praxi securam; quia tamen contraria sententia videtur aeque imo plures AA. pro se habere, et esse videtur conformior conscientiae teneriori et religiosae, ideo magis propendeo in sententiam contrariam dicentem omnem Ministrationem in mort. (extra casum necessitatis) peccare mortaliter. Moveor ad hoc ratione sumpta ex gravitate et sanctitate illius Actionis qua Sacra conficiuntur, quae Mundo operatur in persona ipsius Christi, et qua media operatur sanctitatem et gratiam habitualem qua sanctificantur illi quibus Sacra conficiuntur. Cum n. in Ordine supernaturali gratia habitualis qua homo redditur consors divinae naturae et filii Dei adoptivus, ac Papae haeres beatitudinis aeternae supremum locum teneat (si unionem hypostaticam excipias) negari non potest, quod gravissimam contineat indecentiam ad eiusmodi actiones exercendas accedere, qua Mundo Dei vices gerens, alios sanctificat, gratos reddit et filios Dei, in sordidissimo illo statu peccati et inimicitia Dei constituit sicut si Femina aliqua ex divino beneficio conceptura in utero suo Deum hominem auderet in statu peccati et inimicitia Dei illum concipere? quis auderet temeritatem illam à culpa gravi excusare? Et tamen Actio illius terminaretur ad solam humanitatem generandam, non ad unionem hypostaticam: Mundo Sancti Actio sua tendit ad ipsam filiationem Dei producendam, et ad coniungendas Animas strictissimo illo gratiae et adoptionis vinculo cum Deo. Unde verissimum videtur illud quod Dionysio Areop. de Ecclesia Hier. referri solet. Omnium divinorum divinissimum esse cooperari Deo in salutem Animarum. Ideo n. Chrys. concedens hanc

ptate discipuli sanctificandi et iustificandi animos, dicit verba
illa, Joan. 20. Accipite Spiritum S. quorum per quasi necessarium
significans Spiritum S. habitantem in eo qui Valios iustificat et
sanctificat. Quod cum omnibus satis cognitum sit, quia siquidem gratiam iustificantem
conferunt, in singulis conficiendis operabitur Maiorem iustum et gratum Deo esse,
ne sacrosanctae Dei, qui operetur, iniuria et reverentia arrogetur. Hinc
cum Vasq. Infero primo Doctrinam hanc locum habere in quocumque
Sancti Maiori, sit ad hoc consecratus sive non, Verum vere Deo sua sanctificat
Dei illius cuius sanctum confert, et in utroque Deo habet aequalem sanctitatem et aequale
fundum iniuriae. Infero 2° Ergo consecrandum Chrysma, et benedicentem
oleum infirmorum in statu peccati peccare mortaliter. Hoc quidem contra Vasq.
c. 4. n. 48. quod eodem modo loquitur de consecratione Ecclesiae, et de consecratione
Chrysmatis. Vasquelio consentit noster Cursus. Ego tamen magnum discrimen invenio. nam
consecratio Ecclesiae vel Arae vel calicis (et Demum de Dedicatione Corporalium, vestium
sacrarum) non sunt actiones verae sanctitatis quibus ullo modo conficiantur sanctum, quales
sunt consecratio Chrysmatis, et benedictio olei, per quas licet non perficiantur sancta
confirmationis, vel extremae unctionis esse oleum benedictum; ipsa quoque consecratio vel
benedictio constituit materiam illam in ratione materiae Bapt. sic consecratio
illa constituit materiam illorum sanctorum in ratione materiae validae. Sicut
quoque consecratio Eucl. reperit in omnium sententia statum gratiae, quando fit, licet
tunc non applicetur sanctum, quia nimirum tunc Sacerdos ponit materiam proximam sanctitatis Eucl.
quae postea quando applicatur dat gratiam; sic videtur dicendum de consecratione Chrysmatis per quam
Episcopus ponit materiam sanctitatis, quae postea dat gratiam. Nam si res attente considerentur

ja d. q. docet Poenitentiam sive satisfactionem et sententiam
quae impletur operari ex ope operato non solum remissionem
Poenae temporalis, sed et augmentum gratiae habitualis -
Et sm hanc sententiam sm quaesitum consequitur
R. Illa verba sacerdotis imponentis Poenitentiam
concurrere ad conficiendum sententiam in ratione sanctificantis
et producentis gratiam, atque ideo requirere in Ministro
statum gratiae ut debite proferantur, nec potest absque gravi
culpa proferri in statu peccati.
2a Sententia est q. docet satisfactionem sententiae conferre ex
ope operato solum ad remissionem Poenae temporalis,
non ad augmentum gratiae, et iuxta hanc sententiam ad quaes:
R. Reg. In n. manet illa ratio tam sancta et excellens
sicut sunt actiones aliae, quibus conferuntur gratia habitualis li-
cet ponat aliquam partem integrantem sententiae, quare sicut
Pontifex Ejus concedens indulgentiam non dicitur sub culpa
mortis esse prius in statu gratiae, ita per illam actionem et commutatio-
nem concessionem solum liberat a reatu poenae; sic et sacer-
dote quando imponit satisfactionem in sententia Poenitentiae videtur dicendum
ob eandem rationem. Quia quod nos amplectimur 2am sententiam
ut patebit infra Tract. 5. q. 6. d. 3 amplectimur
et secundam Responsionem.
Infero 3tio sacerdotem celebrantem in p. m. non
satisfacere dando in confessione, se accepisse sententiam

in statu pcti; sed n. illud pctm n. quidem tres Malitias
sunt volunt aliqui relatis a Diana to. j. Tr. de Celeb. Missae
Resol. 21. nec solum una ut ipse cum alijs insinuat, sed duas;
alteram suscipiendi sntm, alteram conficiendi in statu pcti
~~mortali~~ in qb. includitur malitia offerendi cum oblatio n.
dnar a consecratione et sumptione, uti hic supponitur. Oportet
q. explicare illam utramq. malitiam dndo se celebrasse
Missam in statu pcti Lug. Card. D. 8. S. 9.

Dub. 4tum

Utrum liceat accipere vel petere Sntm ab
eo, quem scio in pcto administraturum?

Notabis Per Acns poe indigno conferri sntm ad
vitandum vid: scandalum, vel iniustam proximi informationem.
Obr. Catholicus pt in Uxore ducere Haereticam sn pcto,
et tn constat Haereticam indigne ad sntm Matrimonij
q. n. a sacrilegium hoi indigno conferre sntm. Et quidem con-
cedunt alij in Germania ex dispensatione summi Pont. id licite fieri poe.
Rx Catholicam ducendo Haereticam 4 modis peccare. 1o
Quia vrobat sntm Matrimonij. 2o qa facit contra prohibitionem
Ecclie. 3io Quia Exponit se periculo haereseos. 4to quia
alijs probet scandalum. Ratio posteriora pcta sunt
Cauteri in Germania, qa prohibitio Ecclie n. est in usu

et multi sunt viri graves et constantes, in quib. non est
periculum subversionis; scandalum et abest eo quod possim hic
fiat. Sacrilegium a. non potest aliter cavere nisi vel a igno-
rantia, vel si spes sit ex parte Coniugis haeretica nim:
quia ita affecta sit ut serio cupiat esse Catholica, nec
aliud optet quam in fide instrui, non a. si spes sit tantum ex
parte Coniugis Catholici, qui is speret cum Dei gratia se effe-
cturum ut Uxor Haeretica paulatim convertatur. Quia
in hoc casu Uxor persistit adhuc Haeretica, ac proinde in
statu peccati mortalis, non a. in priori spe. Nec etiam sufficit
si speretur magna utilitas ex tali matri. quia etiam non licet
Haeretico dare Eucha. etsi magna utilitas inde speretur. et
Nota accedentes ad sanctam semper praesumendos esse bonos,
nisi constet eos esse malos.

Adverte (si forte objiceretur) Christum cooperatum esse Judae
ad susceptionem Eucha. non tamen ad indignam susceptionem, ac
proinde neque ad peccatum, nam ille dicitur cooperari ad in-
dignam susceptionem, quod cum sciret altarum indigne suscipe-
re, tamen illi dare sanctum tamen necessitate ulla, cum debe-
ret negare. Cui a. moraliter non potest negare, sed sola necessitate
coactus dat altari sanctum, non cooperatur ad indignam suscepti-
onem, sed solum physice cooperatur ad nudam rationem recipi-
entis.

X. Sta

De numero et ordine Sntorum Novae Legis.

Ex Utrum Lotio Pedum, Chri Discipulorum, fuerit Sntm?

Ex nil habuisse coe cum Sntis proprie dictis. n. n. habuit jo Promissione gratiae iustificantis; illud n. nisi lavero te, ad litteram n. promittit gratiam, sed minatur poena sb inobedientiam, ut exponit S. Chrysost. Cyrillus, Basil. l. j. de Bapt. c. 2. Illigr. d. pctis Venialib. lavandis tm, Hinc sequitur q. totus e n. indiget nisi ut pedes lavet, sed mundus totus. Deinde ex hoc loco n. debemus ipsa lotione pedum reipsa tollere pcta Ven. aliqui deberemus quotidie lavare pedes, sed solum lotione illa una qua Dns pedes lavit Discipulorum fuisse figura intrinsecae lotionis, q. accepimus a Chro. Non igr ipsa pedum lotio e Sntm proprie dictum.

2o Non adest mandatum s. Institutio huius Ritus frequentandi, alioq. peccarent fere vns hoies q. n. utuntur ista Ceremonia. Et licet fuerit Ceremonia usitata in quibusdam Ecclis Latini post Bapt. tn n. fuit usq. ab oib. recepta nec ab ipsa Rom. Eccla teste S. Ambros. Nec obstat illud mandatum; Exemplum dedi vobis Et: Et vos debetis. Nam hoc mandatum praecipit humilitatem et Charitatem ut exponit Chrysost. et Cyrill. Non n. ipsa materialem lotionem pedum ut patet ex Eccliae praxi quia nunquam Christiani putarunt hre se speciale mandatum de lotione pedum. Potest quidem largo mo dici Sntm quemadm Sntam dnr oia

Cum mysticum sensum habent, ac figuræ sunt et tipi aliarum rerum.
Nam fuit revera lotio illa signum Christi humilitatis et Charitatis,
et signum puritatis qua homines debent ad Euch. accedere; Et ideo
Christus ea fecit immediate ante Institutionem S. Euch.

Nota: Generatio fit per Baptismum. Augmentatio per Confir.
Nutritio per Eucharistiam. Remedium contra morbos, p. peccata Pœnitentia.
Remedium contra reliquias peccatorum est Extrema Unctio;
Per Matrimonium propagantur homines ad cultum Dei propagandi
deputandi. Per Ordinem sacrum regnantur et gubernantur.

Hæc de Sntis in Gnre.

Tract. 2us
De Intro Baptismi.
Q. 1a.
De Natura Baptismi.

Quaeritur, hoc quam sit discrimen inter Bapt. Joan. et Bapt. Chri? R. Non unum esse, sed multiplex; primum est ratione institutionis; nam quod Joannis Bapt. Deum Authorem et Institutorem non habeat, cum ipse divinum baptizandi mandatum accepit, sicuti testatur c. 1. Joan. 7. ingt. misit me baptizare, et quod Joannes purus homo tantum ex Relatione promulgator fuit ac Minister eius Bapt. non tecta intra sed stabilis Ceremonia ad horum Justificationem, sed veluti Catechismus quoddam disponens ad Baptismum Chri sicut docet S. Thom. p. 3. q. 38. a. 1. ad 1um. Praeludium sive proemium Evangelicae gratiae Jm Justitiam q. 39 ad Orthodoxos Introductorium ad perfectionem apud Cyrillum l. 2. in Joann. c. 89. 2um ratione formae. Nam Bapt. Chri conferitur cum invocatione Ss.mae Trinitatis, sed Baptismus Joannis tali forma non conferebatur, quia non continebat expressam fidei Evangelicae professionem. 3tium ratione Effectus; quia Baptismus Chri ex ope

operato conferri intrinsecam ac spiritualem ablutionem a Spiritu S. sed Bapt.
Joan. vi sua, sive ex opere operato solam externam ablutionem, sicut
Joann. testatur Cit. c. 1. Joan. Ego Baptizo in Aqua, et infra: Hic
est qui baptizat in Spiritu Sancto. Ad Effus discrimen et pertinet
Christi Baptismi Animae Caracterem indebilem imprimat, Joan.
a Bapt. nil tale efficere potuit. 4tum Bapt. Joannis insufficiens
fuit, quamobrem a Joanne Baptizati debebant Christi Baptismum postea
accipere sicut constat ex Cap. 19 Act. Adde quod ipsos quoque Apostolos
aliquos a Joanne baptizatos fuisse credibile sit, praesertim Andream
qui discipulus eius fuerat, et tamen omnes Apostoli baptizati postea fuerunt Bapt.
Christi. 5tum Ratione Ministerii differunt: quia Bapt. Christi non solum ab
ipso Christo et Discipulis eius, sed et ab aliis quibuscunque conferri potest: Bapt.
Joannis conferri debebat, quia ipse solus ad baptizandum Missus fuerat.
6 Ratione necessitatis. Nam Joan. Baptismus non fuit ad salutem
necessarius necessitate medii et fortasse nec necessitate Praecepti, sed solum in
consilio positus Mar. 1. sed Christi Bapt. necessarius est omnibus ad salutem, quamobrem
Christo mundo propositus est. Matth. ult. Euntes docete omnes et nemo
Bapt. Joan. soli populo Judaico. Ita Bell. l. 5. tr. de Sacro Bapt.
c. 2.

Dubium 2um

Quae sit Materia Baptismi.

Circa Con. 1. h. d. Notandum Inter aliorum Haereticorum sentias esse et

Jacobitarum sententiam, q. Mat. Bapt. sit Ignis, horum fundam est illud Matth. 3. Ipse vos baptizabit in Spu S. et igni. Hi a. non videntur negasse materiam Aquae, sed cum illa ignem coniungisse, fortasse ut utrumque locum S. Scripturae proprie illigerent.

R. Verba citata necessario sunt aliquam sui partem metaphorice illigenda esse, nec n. aliter potest illigi aliquem Spu S. aut Igne baptizari, lavari: Hinc alii pro Caeteris magis accomodate volunt per verba citata illigi verum Bapt. et per Spu S. et Ignem illi Effectum Bapt. scil. ferventem Charit. q. Ignis istar cor accendit, et pectori scoriam decoquit, ita S. Chrysostomus hom. 11 in Matth. Et haec expositio est magis litteralis et textui accomodatissima; quia ut patet Joannis 5. videtur Bapt. hic comparare Bapt. Christi suo, eiusque Effectus explicare.

Obiicitur contra verba illa: Nisi quis renatus sicut Isaiae 1. Lavamini, mundi Estote, verba sunt metaphorice illigenda; ita et verba illa Matth. citat.

R. Haec non pote praecepto Christi accomodari, mandabat n. Apostolis Aquam aliquam ab eis circa alios corporaliter et sensibiliter exercendam; loquebatur q. proprie de Baptis. sensibili, q. in Aqua sit, quam proprietatem et veritatem ipso usu paulo post Apostoli declararunt. Act. 8.

Ex utrum Aqua ex sale resoluta sit materia sufficiens baptismi. Ratio dub. est, q. videtur aqua esse naturalis eodem modo, quo Aqua resoluta ex nive, glacie, magis cum prius esset fuerit Aqua sufficiens ad Bapt. et ex eo quod sit salsa, non impeditur quo minus dicatur naturalis.

R. Nullo modo esse materiam sufficientem Bapt. eo q. non sit vera naturalis Aqua, quia Aqua ex perfecto mixto resoluta non est Aqua Elementaris, atque

aqua aq̃ sale resoluta ꝺ talꝭ, ꝑ a. resoluta aq̃ glacie b̃ mus Et etꝭ fuerit pria sufficiens, ꝑ tm postea, eꝺ q etꝭ pria sit aqua impura admixꝛa, hꝫ vapore aliqꝫ aereoꝝ et igneaꝝ qualitꝝ ꝑ tꝺ aq̃ hoc dejnit ꝺ elabi; etꝭ q̃ aqua illa conjuncta, vapore istꝭ igneꝭ cꝫ aqua magis conjungitur, et efficiunt verꝫ mixtꝫ, et aq̃ dꝫ alet Responsio ad rationꝫ dubitandi.

Contra Concluꝺ. ꝓmꝺ. Nõ jò sufficere ꝺ quelibet particula Panis ꝺ Consecrationẽ Euch. Nec ꝺ quelibet particula Aquæ ꝺ Bapt. R. Confirm. neg. Nõ Euch. n. tollit regula q̃ recte mata simplr ut sit vera panis, et quelibet panis particula vera ꝺ panis; ꝺ Bapt. autẽ ꝺ sufficit sola aqua, ꝙ necesse ꝺ ut applicet ꝙ modꝫ ablutionis aut aspersionis, q̃ ꝺ ꝙ moratꝫ fieri ꝓ vnica guttꝫ.

2ꝺ Quando impossibile ꝺ plura conferri, ꝺ valore Sti sufficit eꝫ, q̃ vnꝫ puta petrauit, Deꝰ vnꝫ ꝓctm mortale, q̃ aliꝰ tꝺ ꝺ sufficeret, q̃ ꝺ valorẽ Bapt. simul sufficit minor ablutio in necessitate, quã extra eam.

Neg. Cons. ꝓx q̃ talis confessio valeat ꝺ provenit aq̃ eo q̃ vnus casu ea confessio fit sufficiens nãa Sti, alius u. ꝺ C. nã ꝙ aliud nil obstarat valori Sti quoniã casu (unig. ꝓti confessio vera ꝺ sufficiens nãa Sti.) ꝙz vnus casu reliqua peta ꝙ vnus ꝓcto omittunt, alius casu cꝫ ꝓcto, et confessio in confessario dest dispositio ꝺ valore Sti requisita Concy.

Vica Concluꝺ. ꝓmꝺ. Nota jò aq̃ Becca. c. jo. ꝺ Sti in spẽ q̃ si Mat pregnans moriatꝰ ꝓbꝫ infantem ripsendi, et baptizari, ꝺ ante tempus Nativitatis; ꝙ ꝺ. ꝙ tm vicina morti ꝺ potest illa fieri, q̃ ꝺ ꝙ fadꝫ mala ut eveniant bona, ꝺ ꝙdiu vivit Mater ꝺ ꝙ ill. vita

Cenr aufferri vita, cum nemo sit tanq vitae illius. Quod si Iuste
damnata sit ad mortem regularis differendum est Matris sup-
plicium usq ad partum propter bonum prolis et praegnantis. Quod
si Infans ante partum credatur moriturus in utero licebit
anticipare supplicium servato Ordine Iuris, quantum fieri potest;
quia tunc nulli fit iniuria, et ex altera parte servatur Infans,
ne in aeternum pereat. Confir. Quia dilatio supplicii cum in
Iure concedatur non est in favorem Matris sed filii, cum maxime spe-
ctari debet utilitas filii: si ergo dilatio non esset filio utilis, sed
potius noxia non deberet differri supplicium Matris quia tunc
cessaret finis ob quem introducta est dilatio a Iure.
Dices cessante fine Legis in parti non cessat obligatio legis.
R. hoc verum esse quando finis Legis in parti cessat Negative tantum. /.
quando lex ad talem finem non amplius prodest: ut falsum esse quando cessat positive. /.
quando lex si servetur obest servanti, cui alioquin deberet prodesse, hoc autem fieret
in nostro casu: nam si lex illa de differendo supplicio Matris servaretur, quando Infans
putaretur moriturus ante partum, iam obesset Infanti:
Nota 2do Quod si Arte Obstetricis ad infantem ipsum in utero laten-
tem Aqua, modo quodam pervenire posset valeret Baptismus: Ratio est ex
Coninck q. 68. Art. ij. quia hic possent reperiri omnia essentialia ad Bapt.
requisita; quia ut quis possit per Baptismum renasci, sufficit ut ea prae-
cedat Nativitas qua quis de non homine fit homo, et modo possit lavari
ut patet in iis quae tantum manu exprimunt, aut eruuntur ex Matris mortuae
utero. Dices Baptizatus debet mox esse de foro Ecclesiae et subditus Ecclesiae, Infans a-
ille adhuc in utero latens non est de foro Ecclesiae, Ergo.

184

R. Maiorem veram esse ordinariè, non a. procedere ab ipsis ad extraordinarijs casib. sicut nec procedit de casu, quo theol. fatentur baptizari posse manum foris apparentem licet fieri possit ut retrahat sicut Sara Gen. 38. Et ideo actu baptizatus non tamen adhuc visibilis, nec proprie de foro Eccliae.

Obiec. ex Gam. q. 68 c. 2. fol. 289 si h realis contactus aquae ita particul. ad Essiam Baptismi, tunc Christus non probuit media vib. infantib. ad salutem sufficientia: Probat: Aliqua n. accidit ut moriantur in utero materno antequam in lucem prodeant.

R. Deum quidem vib. sufficientia media dedisse ad salutem per se loquendo, ea a. per accns. quae quidam nequeant baptizari, sicut per accns. est, quae quidam nequeant p. Orig. quia Embrio ante animationem corrumpitur et licet aliquando accidat ut ad eundem pervenire possint, propter particulares tamen et gravissimos casus Deus non mutat legem ordinem latam: Nisi quis renatus fuerit ex et licet merita Christi non possint applicari infantibus adhuc omnino inclusis utero materno, ita ut laudari nequeant quia tamen contrahunt p. Orig. inde tamen non sequitur quod vim meritorum Christi ex se ad minus efficacem aut valentem quae sit vis peccati Adami: nam sicut hoc mortificat omnes et solos naturali via natos ex Adamo, ita merita Christi solos et omnes vivificant quae spiritualiter regenerantur ex Christo, quae sit per Bapt. Coning. lit. p.

Disputant hic AA. Utrum Fratrem baptizetur Infans quem & quae Mater volens occidere, sed tamen ipsum baptizare proiicit in puteum dns: Ego de p. Multi in Cursu citati affirmant et nominatim Panormi. c. ut non apponeres, de Bapt. refert eum casum aliquando

contigisse et probr quia h. d debita fra et Intentio conferendi Intm
et supponitur in ipso casu, et d est ablutio necessaria ad salvam Bapt. q d validus
Bapt. Ant. probr quia ita proijciens vere illudit corpus Aquae, ita
ut ipsa p corpus moveatur, dum hoc p motum eam intrat, idq est tali modo
ut si corpus esset sordidum vere abluerentur, q hic d vera ablutio, omis a. ab-
lutio facta a Mro est sufficiens mea Baptismi.
Alij est in Cursu citati negant, quam sentiam varij variè probant: 1o qa
ibi n esset vera ablutio q requirit ut id p immergitur aquae, mergatur cum
aio educendi, ut patet in coib. ablutionibus. 2do qa ablutio
Baptismi ex sui institutione refertur ad vitam, hoc a. tendit ad mortem
3io qa per Baptismum configuramur n tam morti ac sepulturae Chri,
sed et resurrectioni, ad q requirit ipsa emersio ex aqua. 4to qa oportet, ut
baptizans l mediate l immediate attingat baptizandum, ut sit dici eum
abluere: neutro a. mo eum attingit, q eum in flumen l pateam proijcit q ex s
Ad primum, Reg. Assumptum, ut patet ex ratione ipsorum et confirmant,
q sordida pecora proijciunt in aquas, verè ea lavant, sm coem
modum loquendi, et tn n semp intendunt ea educere, s permittunt
ea p se enatare, q a. hoc p se enatent d p Actus ablutioni q solum
dicit motum aquae circa corpus ex se convenientem ad abstergendas sordes,
quare etsi pecora submergeantur n minus dicerentur abluta. Quod a.
coitus abluentes ea q n pnt p se emergere aquae immergamus cum aio
educendi, n ideo fit, quia alias n esset ablutio, s quia alias res ipsas perde-
remus, quas cupimus salvas.

186

Ad 2dum R. Ablutione Bapt. ex se tendere ad vitam spiritualem, non a-
ad corporalem, alias quod puerum valde aegrotum baptizando aquae frigidae
immergeret, atque ita ei mortem causaret, invalide eum baptizaret.
quod apte falsum.

Ad 3tium R. Sm. Apostolum Rom. 6. sicut in Bapt. configuramur morti Christi,
quia peccatis movimur, ita proprie configuramur resurrectioni, quia spiritualiter
regenerati incipimus Christo vivere ut clare patet ex toto contextu Apostoli
Quod a quidam Patr. Inter nos per in Baptismo per ipsam immersionem et emersionem
configurari sepulturae et resurrectioni Christi, mysticum est, nec sub sensu
litterale Apostoli, nec necessarium ad Bapt. alias dum quis baptizatus per
immersionem non perficeretur Bapt. donec egrederetur ex aqua, etsi per unum
diem in ea maneret quod est falsum.

Ad 4tum R. Cum quis proiicit alterum in aquam sufficiens eum attingere quia
alias non posset proiicere, et patet ex R. ja, de lavante pecora.
Haec Coning. q. 66. a. 7. d. 10 Ubi addit nunquam licere alterum bapti-
zando occidere, eo quod sit intrinsece malum per se a baptizante inten-
tum.

Neutra sententia est improbabilis.

Obiectio 1o. In bello miles oppugnans civitatem licite suffodit unam turrim
quam hoc ad victoriam est necrium etsi certo sciat se eius casu obruendum. 2do licite
diriguntur tormenta ad evertendas hostiles munitiones et in eam partem ubi
innocentes positi sunt cum certo eorum interitu; et similiter licet mihi, quando
aliter non possum evadere mortem et occidere invasorem etsi necrio eodem
ictu innocentem quo ille se protegit debeam occidere. Item ut possim imminen-

tem mihi ab hoste mortem fugere, etsi id fr̄e nequeat sn̄ periculo vitae
obvij pueri, quae equus cui insideo conculcabit, aut in profluente detur-
babit. Lessius et Justitia c. 9. d. 9. Ziò Mulier gravida licitè sumit
aliq̄ medicinam directè sanitati suae conducentem, cum certò periculo prolis
est Aiata, qn̄ alias necrio tn̄ ipsa q̄ proles antequam in lucem poēt edi, aut
baptizari eēnt moriturae. Idem Less. d. 10. cum tn̄ in oib. his casib. occida-
tur innocens. Et rao est qa licet n̄ liceat occidere innocentem ex directa
intentione, tn̄ sepe licet fr̄e nobis cum necrium est ad aliud finem honestum,
quem intendimus consequi, etsi ex eo necrio sequatur interitus innocentis. Quia
etsi tunc physice loq. h. et nunc cum tali Aoe coniuncta sit occisio innocentis,
atq̄ illam exercens necrio sit huius caa, moraliter tn̄ occisio p Acns tm̄
est coniuncta cum illo ope. Tum qa nullo mo neq̄ ut medium, neq̄
ut finis est intenta ab exercente illud opus, q̄ oi mo cuperet eam abeē.
Tum qa ille n̄ tenetur h. et nunc omittere illam aoem, ne occisio sequatur, atq̄
ita n̄ censetur huius moralis esse caa.
Similis est videtur rao projiciantis puerum in puteum, q̄ iam est moriturus
ut eum Baptizet, qn̄ nullus alius modus superest an̄ mortem eum Baptizandi,
qa talis n̄ intendit occidere puerum, qn̄ potius vitam illius vellet conser-
vare si poēt sn̄ salutis obnoe dispendio, sed directe intendit Pueri Bapt.
nec vult projectionem nisi quis est ad illum, medium hic et nunc necrium, cui
occisio est p Acns coniuncta. Imo hoc projectio pueri videtur magis licita,
quia est illi valde utilis, cum hoc mo vitam aeternam consequatur, et nullo modo
damnosa, cum sn̄ ea nihilominus eēt statim moriturus, q̄ a. uno quadrante
horae citius moriatur, nullius aestimationis in puero n̄ utente rao.

Ad diversam rationem in hac proiectione, atque in aliis actionib. dictis quia his sum se consideratis omnino per accidens coniuncta est occisio innocentis nam sine hac poterit eadem numero explosio si illi innocentes abessent, et similiter eadem numero fuga esset si puer a via abesset; et mulier illa idem pharmacum sumeret, etsi non esset prognans. Quare illis actionib. per accidens sunt, quia tales in iis circumstantiae positae sunt, ut sine eorum occisione illae actiones fieri nequeant. Secus est de proiectione illa pueri, quae sum se considerata, et seclusis omnib. extrinsecis circumstantiis fieri nequeat, neque sine pueri occisione; quare quia ea vult, necessario vult occisionem pueri, nec potest una ab alia proscindere efficaci voluntate.

Adaequate cum Coninck cit. et aliis: Posito casu quo baptizandus esset ita infirmus, ut non poterit ferre illam aspersionem aquae sine periculo vitae, utrum possit baptizari?

Respondeo cum aliquib. illum casum videri impossibile, quia exigua aquae aspersio praesertim si non nihil tepida sit, nullo modo potest saltem notabiliter nocere sanitati aegroti, quare quaeso quaeris.

Ad 2dum cum Vasq. D. 1 45 n. 25 Etsi forte poterit aliquo casu metaphysico accidere ut illa aspersio esset periculosa vitae baptizato, illud tamen periculum esse tam rarum, parvum et incertum ut nullius momenti sit nec in consideratione humana debeat venire, quare quaeso quaerere desine.

Dubium Tertium.

De tra Baptismi.

Q. An, an haec formae sint validae? Baptizet te Deus? Baptizeris a Deo, in nomine Patris &c.

R. ee veras, quia nil aliud volunt insinuare, quam quod Deus sit agens et causa principalis, ipse v. Mr. instrumentalis.

Dices Absurdum est ut Deus baptizet in suo proprio l. Christi nomine, sed valent, ergo. item est absurdum Deum baptizare cum invocatione Sanctae Trinitatis.

R. Ex modo loquendi est significari Deum aliquid fieri cum invocatione Sanctae Trinitatis, sed mera actio fieri cum invocatione Trinit. et virtute tribus personis communi, effectum tenti produci.

Obiectio contra Collect. 3. in 2 conclus. Si haec forma Baptismi: In Nomine Patris, in Nomine Filij, in nomine Dei valida, tunc sequitur quod et haec sit valida. In Nomine Patris et Filij, quia ex plurib. singul. plurale colligitur ut vile quid. Ergo

R. Neg. seq. Ma. Ad prob. dicitur Ingo ex plurib. singulare colligitur vile si illa singularia pro plurib. Dicitur supponant, Con. si pro uno tantum, ut hic, negatur.

Obiectio Si valet baptismus pluribus collatus dando: baptizo vos, valebit et baptismus collatus a 2 Mris, quorum alter infunderet aquam alter proferret formam dando, Nos te baptizamus.

R. Neg. Paritatem. Etenim pronomen Vos idem significare potest ac Te et Te, ac vero Partic. Nos, non potest significare Ego et Ego, sed solum Ego et Tu, Ego et ille.

Notetur Alterius hanc formam esse invalidam: In Nomine Omnipotentis, Sapientis et Doni S. Flaminis, quia in hoc invocatio Sanctae Trinit. reddit valde obscura, et aliena a communi usu Fidelium. Item quia per illas voces non significatur quod proprium singularum Personarum quamvis ex usu illiterarum praesertim sapientium contingat illigi, accipi per has voces ipsas Personas.

Obiectio. Etiam illa vox: Spiritus S. non est propria sed approbata ziae Personae nam in rigore loq. et Pater et Filius sunt Spiritus, et Sancti.

R. Jam illam vocem impositam esse ad significandam proprietatem ziae Personae

190 si spirationem passivam, quae est fratri sigfat, sub qua ratione hoc vox, quia aequivoca dici potest non convenit Patri et Filio, atque ita non est approbriata sed propria, Pater et Filius sunt quidem spirationes sed activae tantum.

Nota. Dicimus. Has similes fras: Ego te baptizo in virtute Authoritate esse valde dubias, et sub conditione iterandum eiusmodi baptisma, et gravissime tantum baptizans peccaret, et quamvis videantur eiusmodi voces synonimae cum Tomo nomine, tamen multo minus singulae seorsim significant. Nomine n. idem solum significat, quod significat omnes eiusdem voces sumptae, et consequenter singulae seorsim sumptae non tantum significat, quantum significat Tomo Nomine.

Dubium 4tum

An et quomodo Baptismus possit iterari?

Hoc totum dub. patet ex praxi, et prudentis iudicio pene totum relinqui potest et dicitur, unde vide Cursum.

Dub. 5tum

An Ritus Ecclesiastici in Baptismo convenient. utilesque sint?

Circa hoc Dub. notant DD. Coiter vocare eiusmodi ritus Sutalia, et probant ideo esse esse utiles quod sicut esse quaedam alia signa pia excitent nos ad pios actus exercendos, et consequenter saltem per Actus et ex opere operantis possunt nobis impetrare et conferre gratias praevenientes et remissionem peccatorum venialium.

Dubium 6tum De Divisione Baptismi.

Ex jo An et quo pacto Bapt. Flam. suppleat vicem Bapt. Fluminis?
R. Perfectam Dei Contritionem supplere vicem Baptismi, quoad remissionem
pcti tam originalis q Personalis; quoad grae virtutumq infusionem,
ac pene aeternae condonationem. n semp quoad totius pene relaxa-
tionem; nunq quoad Characteris impressionem. Prior pars affir-
mans est de fide qua constat peccatorem p actum perfecte Contritionis
iustificari an ullam susceptionem Sti. ut Trid. Definit sess. 14
c. 4. Translatio ab eo statu in quo ho nascitur filius jmi Ade
in statum grae et adoptionis filiorum Dei post Evangel. promulgatum
sn lavacro regenerationis aut eius voto fieri n pt. q. supponit Justificationem
n solum fieri p Bapt. Fluminis, sed et Flaminis: peccatoris a. Justifi-
catio ut Trid. definit sess. 6. c. 7 l. 3. includit intrinsecam Aiae sanctitatem
p voluntariam susceptionem inhaerentis grae et donorum p quam ho ex
iniusto et inimico fit iustus et Amicus et haeres vitae aeternae.
Igitur perfecta Animi Contritio vicem Bapt. supplet quoad remissionem
originalis pcti et personalis, et quoad grae virtutumq infusionem,
sn qua pctoris iustificatio n fit et pene aetnae, quae cum hoie iustifi-
cato stare n pt condonationem. Posterior pars negativa quoad pene
totius relaxationem probatur, saepe contritio n attingit illam perfectionis
gradum, quo contritus mereatur totius pene temporalis condonationem.
Cum n. condonatio pene temporalis in qua vrte iustificationis comutatur

aeterna, in Contritione fiat per modum condignae satisfactionis, nec
omnis Contritio sit adaequata satisfactio pro tota poena temporali,
non semper vice supplet Bapt. quoad relaxationem totius poenae.
Demum quoad impressionem Characteris constat; hic non imprimitur
nisi a Sacro, ade dicq sola contritione justificatus non teneretur immo
nec deberet Bapt. suscipere; cum hoc suscipi non possit, quia obes Characterem
Bapt. hoc, et non Bapt. iterabile Sacrum ratione Characteris. Item sequeretur
sola Contritione justificatum esse capacem reliquorum, scil. ratione
Characteris Baptismalis. Ex his
Colligitur, si Justificatus sola Contritione absque Bapt. moriatur, si postea
ad vitam revocetur, illum teneri ad Bapt. quia in Contritione
habuit votum saltem implicitum et virtuale illud suscipiendi, quoties
commoditas se offerret. Quae obligatio non extinguitur per mortem in eo
qui ex morte ad vitam revocatur. Pari modo Catechumenus per Martyrium
justificatus teneretur, si post mortem reviviscerent, ad Bapt.
non minus quam teneretur ad peccata confitenda si baptizatus martyrium subiret
cum aliquo peccato, quia inopia Confessarii ante Martyrium confiteri non potuit.
hic non teneretur si post lethalia vulnera pro Christo accepta, acquireret
Copiam Confessarii: ita si post mortem itaque ad vitam rediret, cum semper maneat
obligatio, quia in voto habuit servandi praecepta cum primum posset. Convenit
etiam Bapt. sanguinis cum Bapt. flaminis quoad Characteris
impressionem, nempe non Characteres imprimit. Imprimit tamen Martyrium
ut Alensis docet. 4. p. q. 8. mem. 9. a. 4. ad. 4. cum S. Thom. 3. p.
q. 54. a. 4. et Aug. 22 de Civit. c. 20. in Martyrum membris in quibus

pro Chro vulnera acceperunt, quendam singularem fulgorem in testi-
monium Heroicae Virtutis pro Chro exercitae, cui respondet speciale praemium,
et dr Aureola, q. teste S. Thoma, in 4 Dist. 49. q. 5. a. 1. d. praemium
Accidentale additum essentiali fundatum in ipso opere excellenti et heroico pro
Chro patrato, nempe singulare gaudium de tali ope in Dei obsequium exhibito.
Amicus. D. 2. N. 1.

Q. 3do An Bapt. sanguinis sufficiat ad salvandos Infantes?

R. Cum communi et certa Scholasticorum affirmatione; patet praecipue quia Ecclesia
indiscriminatim omnes ut Martyres venerets quae ab Herode occisi sunt.
cum hos Circumcisio non omnes consignavit. Et hoc licebit de aliis
dicendum Infantib. ob similem causam quae occiduntur.

Nota, sicut qui post Bapt. maiorem gratiam consequuntur quam Bapt. si pro
Chro occidantur, ita consequuntur non gratiam Bapt. Flum. et Sanguinis.
ita Infantes occisi ab Herode maiorem gratiam acquisierunt quae erant cir-
cumcisi, quae quae non.

Circumcisio est actus virtutis, sed Infantes non sunt capaces virtuosi actus, ergo
R. Illud Matth. 10 huc à PP. accomodari; qui me confessus fuerit
iam etsi Infantes non ore, opere tamen confitentur, iuxta illud; non loquendo sed moriendo
confessi sunt. quare Dicitur de Martyr. quoad Actum virtutis extrinsecum intrinsecum, et quoad opus
externum mortis. Martyrium non salvat eos quae capaces sunt extrinsecae operis mortis,
quae propter realem conformitatem cum passione et morte Chri iustificat illos ex
opere operato.

Instas.

Ergo pari ratione poterit Martyrium solum quoad opus externum absque actu interno
iustificare adultum, ut quae nunquam de Martyrio cogitaverit, dormiens pro
Chro occideretur.

R. Neg. Cons. sicut n. Bapt. absq. actu interno n. iustificat adultum, q. tn. iustificat Infantem: ita nec Martyrium, q. Bapt. succedit absq. actu interno iustificat adultum, q. tn. n. adultum iustificat, eo q. plus requir. ab eo, q. est sui Juris et Libertatis, q. libertatis usum n. habet.

